

Handwritten text on a small yellow label on the spine.

Dr. 2710

EX LIBRIS


FREIHEIT IN BINDUNG

LÖSEĆ DOM ZWANG

Dr. Helmut Bester

Dv 1132

7



EX LIBRIS
UNIVERSITÄT DÜSSELDORF
Or. Belmont Dester

PHARMACOPOEA

BAVARICA,

JUSSU REGIO

EDITA.



MONACHII.
SUMPTIBUS JOSEPHI LINDAUER.
MDCCCXXII.

PHARMACOLOGIA

SYNOPSIS

PHARMACOLOGIA

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
- Medizinische Abt. -
DUSSELDORF
Y 2351

P R A E F A T I O.

*R*egio Jussu, V. Nonar. Maji MDCCCXIX.
edito, Pharmacopoeam praesentem Antistes Col-
legii medici supremi, Regi a Consiliis intimis,
Archiater ac Eques torquatus Ord. Coronae
Bavaricae ab HARTZ, Consiliarius in re medi-
ca supremus, Eques Ord. Cor. Bav. ab HÄBERL,
Archiater, Consiliarius in re medica supremus
ac Eques Ord. Cor. Bav. de LOE, Consiliarius in
re medica supremus GROSSI, Academiae Re-
giae Scientiarum Membrum et Conservator
Laboratorii chymici, Phil. Dr. VOGEL, ac ejus-
dem Academiae Membrum et Horti botanici
Director secundarius, Eques Ord. Coronae Bav.
de MARTIUS post suum e Brasilia reditum,
Pharmacopoeus regius ac aulicus et Collegii

**

medici supremi Assessor de BRENTANO, Pharmacopoeus Exercitus supremus, Phil. Dr. PETTENKOFER, Urbisque Monacensis olim Pharmacopoeus et nunc Magistratui ejusdem a Consiliis SIGEL elaborare susceperunt. Phil. et Med. Dr. BUCHNER, primum ad hunc laborem vocatus, mox Landishutum petiit.

Interfuere conventibus pro Pharmacopoeae concinnatione ab HARTZ, ab HÄBERL et de LOE, quantum reliqua illorum negotia permisere. Labores chymico-pharmaceuticos de BRENTANO et PETTENKOFER, collaborantibus, utpote pro ceteris muneribus illis licuit, VOGEL ac SIGEL, absolverunt, et methodum Censuramque horum laborum VOGEL, GROSSI, DE BRENTANO, PETTENKOFER et SIGEL secundum processus verbales, prius pro tentaminibus adumbratos ac circa eventum tentaminum institutos, perfecerunt. Materiae pharmaceuticae partes, corpora medicata animalia et mineralia amplectentes, iidem adumbrarunt, botanicam vero spartam de MARTIUS, hisce quoad Pharmacologiam collaborantibus, exaravit.

Postea hoc opus Collegii in re medica supremi censurae subjectum, ab hocce appro-

batum, a Ministerio, *Regni* curam intus gerente, receptum ac *Jussu Regio* auctoritate publica donatum est.

Tali modo sequentibus scopis respondere, tentatum fuit. Primo sistat hic liber normam pro delectu corporum medicatorum et hoc ac praeparatione medicamentorum atque reagentium, quae in Pharmacopoliis Bavariae prostent. Porro exhibeat characteres omnium horum objectorum, quibus inter se et ab aliis dignosci, atque in Pharmacopoliorum indagatione, auctoritate publica suscipienda, illorum indoles bona seu mala adamussim designari queat. Medentibus debitam securitatem circa tenorem quoad partes constitutivas, efficaciam et justam qualitatem corporum medicatorum et medicamentorum, quae in hanc Pharmacopoeam recipere datum fuit, conciliet. Ultra inserviat Professoribus, Pharmacologiam et Artem pharmaceuticam cum Doctrina de reagentibus in publicis scholis legentibus, relate ad objecta contenta, pro basi praelectionum, secundum illum pro tyronibus artis pharmaceuticae et medicae absolvendarum. Eadem ratione respectus ejus in examinibus coram

Comitiis regiis medicis tum Pharmacopoeorum, tum Medicorum habeatur.

In elaborando hoc opere genius hodiernus scientiarum et artium, quibus Ars pharmaceutica fulcitur, primi momenti fuit. Experimentiae, quas inde depromere licuit, omnes ulterius sub propria indagazione corporum medicatorum examinatae fuere. Experimenta secundum principia harum scientiarum suscepta et variis modis ac repetitis vicibus, caute tentato eventu, instituta sunt. E processibus verbalibus, circa utrumque laborem conscriptis, omnia, quae in hoc libro occurrunt, desumta sunt, quin aliis assertis locus concessus fuisset.

Ut opus praesenti statui scientiarum de rerum natura respondeat, Terminologiis et Onomatologiis, quae hodie jure valent, praerogativa concessa et totum ordine alphabetico digestum est, apposita simul Onomatologia, in Officinis pharmaceuticis triviali. In Praxi inde ultima aequae ac prior adhiberi poterit, imo etiam hic in Parte technica adhibebatur, ubi concinnitate praestavit, quin claritati obsesset.

Pro faciliiori conspectu Materia pharmaceutica in tres partes, animale[m], mineralem ac vegetabilem, divisa est. Haec divisio in genere, respectu ad originem corporum ex uno alterove regno, instituta est; attamen, aliqua praecipue artefacta, pro qualitate principiorum suorum constituentium, aliter locata sunt. In quavis Parte corpora medicata in serie alphabetica et quidem juxta nomina generica corporum maternorum, si talia ipsa non sistunt, enumerabantur. Valet haec methodus praee omni quaesita et obsoleta classificatione horum objectorum, quam non solum pro libri scopo, sed, etiam pro varia origine, tum naturali tum artificiali, recusant. Paucissimae substantiae, quarum origo latet, facile ceteris loco, sibi pro suo nomine conveniente, interpolatae sunt.

Circa quodvis corpus medicatum pro varia indole aut diversa notione ejus illustrata sunt nomen scientificum, locus, in Systemate naturae ei hodie[m] designatus, nomen in officinis triviale, et, quantum licuit, nomen utrumque praeter latinum in germanico, gallico et italo idiomate; ultra origo aut confectionis modus, collectionis et de-

lectus ratio, depuratio ac conservatio; characteres genuini ac illi justae seu malae notae. Attamen nil, quod non supra recensitis scopis responderet, hic receptum fuit.

Pro corporibus animalibus redigendis Systematis Linnaei et quidem editionis GMELINI, exceptis paucis, quae a recentioribus melius distributa ac cognominata sunt, usus factus est.

Mineralia juxta ultimum conspectum tabularem Systematis Weneri, qui Monachii 1816 apud Jos. LINDAUER sub titulo: *A. G. WERNER'S neuestes Mineral-System*, prodit, insignita sunt.

Pro parte botanica maxime Systematis Linnaei editio Willdenoviana adhibita est, ast, utpote non ubique ulterius applicabili, pluribus locis, secundum hodiernos hujus scientiae progressus, labores aliorum respecti, et utraque partim correctata sunt. Multum hic debetur operi classico, ast nimis quoad hunc locum prolixo, JONAE BERGII (*Materia medica e Regno vegetabili. T. II. Holmiae 1778.*), in descriptione partium usualium,

Delectu corporum medicatorum vix iustis votis Pharmacopoeorum et Medentium aequè satisfacere, licet. Plura, per se minus necessaria, attamen adhuc sat usualia et in variis Regni regionibus plus minusve quaesita, retenta sunt. Hisce vix non omnibus asteriscus impositus est, utpotè signum, illa non prostare debere, sed posse sub usus frequentia. Talia corpora, sicut cetera, hic designata fuere, ut eadem ratione censeri possint.

Pars technica, similibus principiis respectis, adumbrata est.

Sistit circa omne objectum nomen latinum tum scientificum tum officinale, modum praeparationis, conservationis, characteres essentiales et indolis justae. Tentamen, praeparata aliter ac corpora medicata digerendi, incassum et nequidem divisio illorum juxta principia constitutiya aut formam alicujus frugis fuisset. Eo minus damnum inde prodit, quoniam nil ominus generalia circa praeparata unius ejusdemque seriei etiam sub

dispositione horum alphabetica suo loco inserere, datum fuit.

Relate ad ambitum normarum technicarum, hic pronunciatarum, cura gesta est, ut nec nimis breviter nec prolixius traditae sint. Tamen compertum est, facilius nimiam brevitatem eventui laborum obesse.

Omnia fere, sic dicta medicamenta composita, seu galenica vocata, exterminata sunt. Simpliciora enim magna ex parte facile e tempore parantur, quin, corruptioni subjecta, servantur; plus composita vero neque aegritudinibus, neque aegris in singulis casibus convenire possunt. Aequae Pharmacopoeo inutili ponderi sunt, ac studio, remedia cujuscunque casus indoli singulatim adaptandi quod medenti summum sit, obstant.


Delectus praeparatorum, habita pari consideratione necessitatis et usus, uti ille corporum, institutus est, inde plura, aequae asterisco notata, occurrunt, neque absolute in Pharmacopoliis prostare debent.

Incommodis, quibus relate ad delectum tum praeparatorum, tum corporum medicatorum hic non omne auxilium latum est, in Ordine Rei pharmaceuticae publico, nempe divisione Pharmacopoliorum in classes pro sedis varietate consulere, ulterius tentabitur.

Reagentia recepta, a Pharmacopolis aequae, ut praeparata, conficienda et in officinis e lege tenenda, pari respectu ad suam necessitatem pro indagationibus corporum medicatorum et praeparatorum, uti haec, lecta sunt. Eodem etiam modo digerebantur, et quoad sua nomina, confectionem et characteres tractabantur. Inter rationes, quibus reagunt, imprimis earum mentio facta est, quarum usus in officinis frequentissimus erit. Ultra frugis, quam in indagationibus legalibus variis praestent, ratio habita est, id, quod non minus circa corpora medicata, imo et praeparata, pluribus in locis factum est.

Pro parte technica multum debetur Pharmacopoeis, hodiedum magna solertia, sed

adhuc majori copia editis, quin tamen aliquid hic ex aliis, sine praevio tentamine, receptum fuisset. Inter omnes libros, hanc spartam concernentes, plurimum ВУСНОЛ-
ЗИ eximia Theoria et Praxis pharmaceu-
tica, Editio II, in usum tracta est.



 GENERALIA.

Pondus pharmaceuticum.

Designationem partium Ponderis pharmaceutici a Grano ad Libram sistit Tabula I.

Hoc Pondus Jussu Regis, III. Cal. Februarii Anni MDCCCXI, in Diarii Regiminis Bavarici ejusdem Anni N^o. X. Colum. 196 promulgato, eo constitutum est, ut ad Pondus civile stet in ratione, qua se CCCLX ad DLX seu IX ad XIV habent.

Quoniam vero Pondus civile Bavaricum prius legitime ad Neogallicum ita reductum fuit, ut Libra illius CCCX Grammata ultimi aequet, oportuit, Ponderi pharmaceutico incrementum addere, quod partem centesimam hujus absolvit. Relationem Ponderis Bavarici civilis ad Neogallicum Tabula II. a Drachma usque ad Libram prioris exhibet.

Tabula III. exponit rationem Ponderis pharmaceutici Bavarici et Ponderum pharmaceuticorum extraneorum, nempe Germaniae, et cum hocce veteris Bavarici, dein Parisini, Austriaci et Batavi ad Neogallicum, et quidem a Myriagrammate ultimi ad Milligramma, priorumque a Libra ad Granum usque.

Gravitatis specificae Exploratio.

Ad hanc destinandam, pro corporibus fluidis utere vitris duobus, quae, sub pari ambitu, aequali temperatura, exactissime mille Grana Aquae, sollicite destillatae, capiant. Horum unum ultima, alterum liquido explorando penitus imple, et, utrumque tabula vitrea paris ponderis tectum, in trutina insimul examina. Ut experimenta illis respondeant, quorum resultata in hac Pharmacopoea pronunciantur, calore 14° R. utere.

Ad metiendam illam corporum solidorum trutinam hydrostaticam convenientem adhibe.

Quoniam vero saepius ad destinandam gravitatem specificam fluidorum Areometra sufficere possunt, et haec inter Beaumesiana, praecipue ob simplicitatem praevalent, his tum uti poteris. Hanc ob causam in Tabula IV. Gravitatum specificarum fluidorum Scala ab illa Aquae destillatae, relate ad gradus horum Areometrorum, pro fluidis, hac Aqua levioribus et gravioribus, exposita est.

Mensurarum usus.

Hae pro fluidis solummodo adhibendae sunt, ubi in praxi pharmaceutica pondere uti, fere non licet, aut vix error ex usu illarum prodire poterit.

Inde ad destinandas majores copias fluidorum solum illis locum concedere licet, si de talibus agitur, quae pondere ab Aqua destillata vix recedunt, nec vis medicae heroicae, nec veneficae sunt.

Liquida vero ultimae indolis alterutrius tum unice guttatim mensurare licet, si ob exiguam quantitatem in praxi pharmaceutica ponderari nequeunt, aut sub tentamine nimis evaporando perdunt.

Pro hisce valeat, ut illa, quae Aqua leviora et inde volatiliora sunt, per guttas, si quinque Grana pondere non attingunt, mensures, et quidem Aetherum, aethereorum, alcoholicorum concentratorum et Oleorum aethereorum, fere aequae levium, guttas tres pro Grano unico censeas. Exceptum sit Acidum hydrocyanicum, quod semper ponderes.

Fluidorum, quae gravitate specifica parum ab Aqua destillata differunt, guttas duas Grano aequales habeas.

De iis vero, quae Aquam pondere valde superant, non licet, ultra Grana duo guttatim mensurare et horum guttam Grano parem censeas.

Ad guttas mensurandas utere vasculo vitreo, colli longioris, et non ultra calami scriptorii diametrum largi, ostii limbo planiori instructi, quod liquido in genere non utra dimidium impletum sit.

Mensura Bavarica (Die bayerische Mafs), quae quadraginta tres pollices cubicos decimales metitur, et circiter tribus Pintis anglis, ac uni Pintae gallicae cum dimidia aequalis est, tenet calore 14° R. Uncias XXXV cum dimidia, fere tres Libras pharmaceuticas Aquae destillatae, ac ideo in quovis pollice cubico decimali Unciam dimidiam, Scrupulos septem et Grana sex cum $\frac{1}{2}$ seu 0,279 grani. Tabu-

la V. monstrat tenorem Aquae destillatae in pollicibus cubicis decimalibus ab uno ad quadraginta quatuor usque. Pro solidis corporibus neutiquam Mensuris aut voluminis censu loco ponderationis utere.

Metrum Caloris.

Pro hoc Reamurianum adhibe. In opere praesenti solummodo pro majoribus aestus gradibus Scala Pyrometri Wedgewoodiani citata est. Tabula VI. exhibet comparisonem inter Scalas Reaumuri, Celsiusi, Fahrenheitii et Wedgewoodii.

lici-
qua-
ten-
rae-
cala
ex-
lsii,

TOMUS PRIMUS

PARS I.

MATERIA PHARMACEUTICA ANIMALIS.

TOMUS PRIMUS

PARS I

PHARMACOPŌEA ANTIQVA

ADIPOCERA CETOSA. Sperma Ceti O. Wallrath.
Blanc ou Adipocire de Baleine. Spermaceti, Bianco di
Balena.

Materia adiposo-cerea contenta in cavitatibus craniorum ac etsi minori copia in aliis locis Cetaceorum nonnullorum, uti Physeteris macrocephali Lin. seu Cato-dontis macrocephali Laceped., Physeteris tursionis Lin. seu mularis Laceped., Physeteris micropis Lin. et Laceped., Physeteris orthodontis Laceped., Hyperodontis Butskopf proprie bidentis Laceped. seu Delphini orcae Lin., filtrando et addito Lixivio diluto ab Oleo his Cetaceis proprio maxima ex parte depurata. Sit in lamellis tenuioribus incolor, in confertis candida, pellucida, splendoris e pingui sericei, tactus mitis lubrici non unguinosi, texturae crystallino-lamellosae, quam Alcalinis tractata perdit, fragilis in fragmina lamelloso-festucosa, saporis mitis pinguis, odoris proprii debilis cerei ad illum pinguedinis piscium accedentis nec tamen rancidi. Calore 45° parum excedente circiter liquetur, et tota possit destillari. Alcoholis bullientis partes centum et quinquaginta unam ejus recipiant, refrigeratum Alcohol autem eam demittat. Serva loco frigido in vasis clausis.

AMBRA GRISEA. Grauer Amber. Ambre gris.
Ambra.

Concrementum e substantia pingui et odorata utraque propria in coeco et reliquo inferiori parte tubi intestinalis Physeteris macrocephali Lin. Pottfisch Cachalot macrocephale Lacepedii, formata, inde excreta mari innatans aut littoribus adhaerens praecipue in Oceano al-luente Asiam australem orientalemque maxime circa insulas Moluccas et hisce orientales, ac lambenti Africam orientalem. Refert frusta saepius scatentia rostris Sepiae octopediae Lin. et moschatae, difformia, varii immo insignis voluminis, nonnunquam munita crusta piceo-ni-

gra Asphalti Oleum redolente. Horum substantia sit cinerea, variegata punctis maculis et striis albidis flavidis aut nigrescentibus, ultimis pigmento Sepiae octopediae adscriptis; recens mollior; sicca cereae consistentiae, levi calore emollienda, et aestu Aquae bullientis liquanda. Nullo modo friabilis exhibeat fracta fragmina anguloso-lamellosa. Odor recentis est urinosus, siccae gravis pluribus amoenus. Deflagret spumam et fumum album gratum agens flamma lucida lacta sine residuo carbone. In Aethere sulphurico fere omnis solvatur, Serva in vitris clausis. Praeter crustas memoratas nigras nomine Ambrae nigrae (Schwarzer Amber) Ambra vilis arte e Styrace, Gummi Ladano, Ligno Paradisi dicto cum pauco Moscho parata obvenit.

AXUNGIA SUILLA. Adeps suillus elixus. O. Schweinschmalz. Axonge de Porc. Sugna di Majale.

Adeps ex omento mesenterio et intestinis Suis Scrofae Lin. recens elixus. Sit albus, pultaceus, in tenuibus stratis subdiaphanus, quidquam tenax, inodorus, saporis e dulci pinguis, calore 30° liquandus. Si talis non prostaret, para adipem dictum Aqua elotum et minutim concisum calore 80° non excedente liquando in vase terreo vitreato, atque dein colando. Serva in paribus vasis clausis loco frigido.

BORUSSIAS POTASSAE ET OXIDULI FERRI secus Kali borussicum dictus. (Eisenhaltiges blausaures Kali.) Prussiate de Potasse et de Fer. Prussiato di Potassa et di Ferro.

In fabricis e Carbonibus animalibus una cum Potassa excandefactis, Sale inde progenito soluto atque Acido sulphurico neutralisato crystallisationis ope paratus. Referat prismata tetragona quadrifariam acuminata, aut tabulas quatuor laterum marginibus oblique truncatis coloris topasini. Sit diaphanus, aëris influxu parum fatiscat. Saporis est amariusculi. Solvatur calore 14° in quatuor partibus Aquae, et minori copia bullientis solutione flaviuscula, quidquam Acidum hydrocyanicum odore et sapore referente. In Alcohole non solvitur. Oxidulum Ferri solutum albido, Oxidum vero caeruleo colore praecipitat. Aqua solutus addito Acido sulphurico vel muriatico Oxiduli Ferri quantitatem relative parcam caeruleo colore imbutam lente demittat. Serva uti venenum.

BUTYRUM VACCINUM. Butyrum O. Butter.

Beurre. Burro.

Pinguedo de cremore Lactis vaccini agitando separata recens atque bene lota. Sit albo flavens, vix odorem nisi dulciusculum spargens; saporis dulcis pinguis blandi grati, a sero liberum nec Sale conditum.

CERA. Materia vegetabilis ab Ape mellifica Lin. in favos formata melle ex hisce omni elixo addita Aqua colliguata ac in panes effusa, cruda et depurata, prior Cerina, Myricina et materia balsamico-pingui constans.

Cera cruda, vel flava seu citrina. Gelbes Wachs. Cire jaune. Cera gialla. Sit plus quam citrino et saturate flava, subdiaphana, sat solida, tenax, fracturae granulosa. Masticata dentibus non inhaereat. Odorem edat insignem melleo-proprium gratum, saporis sit debilis balsamico-cerei.

Cera depurata seu alba. (Weißes Wachs.) Cire blanche. Cera bianca. Sole Aqua aliisque adminiculis dealbata. Sit candida, in tenuibus stratis subdiaphana, splendoris proprii debilis; dura et quidem flava durior, atque gravior, attamen Aqua levior; fragilis fracturae vix conchoideae. Masticata strepat et dentibus non adhaereat. Odoris sit parci singularis non unguinosi, insipida. In Alcoholis ebullientis partibus viginti pars una ejus solvatur, ex quo refrigerato autem fere tota et residuum solutum adjecta Aqua decidat. Liqueatur calore 48° et liquata sit clara.

COCCUS Insectorum Ord. X. Rhyngota Tribus III. Vagina pectorali. Gen. 221. Rostrum vagina setaque pectoralibus, Antennae filiformes Sp. 26. *C. Cacti coccinelliferi* Lin. et Fabric. Corpus totum rugosum. Proprie Imperio mexicano inquilinus, cultura ulterius in America praecipue super *Opuntia Ficu indica* Milleri et *Haworthii* seu *Cacto Ficu indica* Lin. ac, etsi minus, super *Opuntia coccinellifera* Miller. et *Haworth.* culta. Adhibe solum foemellas adultas sine admixtis junioribus aut masculis prima de tribus messibus, quae omni anno instituuntur, collectas, quae in furno suffocantur et sole siccantur.

Sint integrae, equidem, secando difformes, tamen plus minus semiglobosae; hinc planae aut concavae, inde convexae; argenteo-griseae rugis transversalibus flexuosis nigris confertis asperae, ponderosae, tritae

coccineo - purpurascens; odoris inprimis pulveratae mucidi; saporis parisi quasi casei vetustioris aciduli. Pigmentum illarum in Aqua et Alcohole solvatur. Serva loco sicco.

C. *Ficus*. Fabric. *Resina cerea Cocci Ficus* in Indiae cis- et transgangetanae montosis super *Crotone* lacifero *Ficu indica* et *religiosa* ac *Rhamno Iujuba* Lin. aliisque gregarii e poris lateralibus foemellarum ovula deponentium exsudans, et incrassata in crustas ramos dictorum vegetabilium obducentes et farctas residuis harum foemellarum ovulorum et larvarum, *Lacca* in baculis vel ramulis, *Roher* oder *Stab-* oder *Stocklack*, *Laque en bâtons*, *Lacca* in *bastoncelli* dictas. Has inter integrae nondum a junioribus insectis perforatae dictis residuis farctae sunt, et inde magis quam perforatae rubent. Diffractae et nonnunquam partim Aqua pigmento suo orbatae venales audiunt *Lacca* in *granis Körnerlack*. *Laque en grains*. *Lacca granulosa*.

Haec sit saturate rubra rubedine hyacinthina; fere diaphana, arida, duriuscula; rumpenda in fragmina planiuscula minutim granulata, odoris debilis, cocta vix mucidi, et parum amaricans. Aquam et Alcoholem ac quidem priorem coquendo pulchro rubore violaceo tingat, et prunis injecta gratum odorem spargat.

CONCREMENTA ASTACI FLUVIATILIS. ASTACUS. Insectorum Ord. VIII. Agonata Gen. 180. Antennae quatuor pedunculatae, anticae elongatae setaceae; posticae fissae Sp. 2. *A. fluviatilis* Fabr. Antennis posticis bifidis, thorace laevi, rostro lateribus dentato, basi dente utrinque unico. *Cancer Astacus* Lin. *Cancer*. O. *Fluss-Krebs*. *Ecrevisse*. *Granchio*. Inhabitat Europae fluvios et lacus.

Concrementa vel *Lapides* vulgo *Oculi Cancrorum* *Krebs-Steine* oder *Augen*. *Pierres d'Ecrevisse*. *Occhi di Granchio*. Prostant sub aestiva renovatione stomachi dentium ac crustarum. Tum adhaerent ventriculo in capite animalis sito, et quidem utrinque unum, oribunda inter ventriculum decidentem et novum e liquore lactescente; restitutione vero dictorum organorum absoluta evanescent. Venduntur collecta de animalibus vivis contusis Aqua elota, et demum siccata. Recentia vestita sunt membrana tenui, quae sub collectione vix non semper destruitur. Sint recentia caerulea-

centia, sicca albida; orbiculata; hinc concava et umbilicata vestigio pristinae adhaesionis ad ventriculum, inde convexa; dura, attamen pulvere albo subdepingentia; fracturae terreo-lamellosae candidae; odoris mucidi animalis; saporis paris terrei. Cum acidis laete efferveant, ac in Acido nitrico solvantur remanente textu levissimo celluloso - membranoso diaphano, concrementi figuram explente.

CORNUA CERVI ELAPHI Lin. Cl. I. O. Pecora. Pecoris Europae ac Asiae etiamque Americae borealis. Cornu Cervi O. Hirschhorn. Corne ou Bois de Cerf. Corno del Cervo.

Ramosa, tota teretia, recurvata apicibus multifidis, extus flavo aut brunneo-fusca, intus alba, partim compacta partim in medio cellulosa, cohaesionis inter osseam et corneam mediae. Integra emas et raspes textu celluloso utpote gelatina ditissimo non rejecto.

FEL BOVIS TAURI DOMESTICI Lin., Pecoris adulti. Fel Tauri. O. Ochsen - Galle. Fiel du Boeuf. Fiele di Bue.

Sit brunneo - virens, dilutum in colorem flavum, quo etiam depingit, vergens, odoris gravis proprii inamoeni, saporis amarissimi animalis nauseabilis, in Aqua totum solubile solutione dilutiori clara. E vesica fellea animalis recenter mactati depromptum statim inspissa.

FOLLICULI CASTORIFERI CASTORIS FIBRI Lin. (Cl. I. O. Glires,) et quidem varietatis Asiaticae ac Europaeae inhabitantis regionum borealium ac temperatarum ripas flumineas et lacustres sylvaticas; in utroque sexu hini genitalibus propinqui, nempe in masculo peni adjacentes, in foemella in vaginam hiantes, uterque folliculo adiposo, cujus adipem Axungiam Castorei dicunt, munitus. Demtis hisce levi calore siccati in vasis bene clausis loco frigido servandi.

Sint Ovo gallinaceo majores, uncias duas usque tres ponderantes; rotundato - obliqui, fundo ampliori, emissoria versus attenuati, complanati; vestiti membrana lucide brunnea non obfuscata coriacea crassa tenaci integra solum vestigia folliculi adiposi resecti gerente; foventes cavum inaequale in parenchymate ex parte membranoso-celluloso, cujus folliculi minores ad parietes hujus cavi inaequaliter prominent, intertexto dissepimentis multis tenacibus flexuosis varie inter se

tae
uli.
rva

In-
lac-
lin.
cula
nos
ha-
cu-
La-
nter
ctis
atae
pig-
nis

na;
rag-
ilis,
Al-
ore
gat.

FA-
ten-
eae;
po-
ato,
cer.
iro-

um
chi
ma-
utri-
um,
e li-
no-
ani-
ata.
lec-
les-



coadunatis, farcto massa *Castoreum*, Biebergeil, *Castoreum*, Castoro dicta, pastacea quasi sebaceo-cerea; in recentibus sordide lutea vel aurantiaca, in siccis brunescente aut subrufa; opaca; siccata friabili fragili fractura resinosa; ingrata graveolenti; saporis acris amari nauseabilis; liquabili, inflammabili, Aquam distillatione suo odore imbuente. Extractum aquosum hujus materiae addita Potassa pura liquida Ammoniam eructet, sed nullo modo tenorem Acidi Gallarum aut Principii tannici prodat. Serva eam uti folliculos ipsos.

FOLLICULI MOSCHI. Moschusbeutel. Poches de Musc. Borse di Muschio. Folliculi umbilicales Moschi moschiferi Lin. (Cl. I. O Pecora) masculi pecoris Asiae elatioris inprimis peninsulae transgangelanae, Regni Tibetani ac Sibiriae australis sylvas montosas incolentis retro umbilicum siti, ultra pollicem ex abdomine prominentes, solum ab animale pubere desumendi.

Sint integri sine suturis, rotundo-oblongi, complanati; magnitudine Ovi gallinacei longitudinaliter dissecti dimidium aequantes, pollicem aut et sesquialterum lati; hinc convexi inde plani; turgidi; vestiti membrana duplici, extima cinereo-brunnea, obsita pilis albido-flavis crassis, crassioribus infimis cavis, subsetosis undulatis, versus apicem folliculi radiatim in verticem convergentibus adpressis non stipatis; membrana interna subtiliori obscurius brunnea; parenchymate celluloso; loculamentis intersepto farcto materia maxima ex parte gelatinoso-pingui et Oleo aethereo impraegnata, Moscho vocata, pro vetustatis ratione mutabili et ceteroquin pro climatis, animalis statu et conservationis modo diversa.

Moschus recentior sit consistentiae aequabilis; subgrumulosus; attactus sicci nilominus unguinosi, sanguineo-fuscus, tritus micans punctis subresinosis lucidius flavicantibus, non sabulosus; odoris gravissimi valde diutini, solum particularum minorum ac e longinquo grati, proprii illo Ammoniae mixti; saporis ex acris amari penetrantis exaestuantis. *Moschus* magis esiccatus sit granuloso-grumosus granulis et grumis sibi non cohaerentibus, ferrugineo-nigris, siccis, attactus unguinosi; odoris non amplius ammoniacalis, ceterum uti et saporis dicti. Combustus non foeteat odore animali empyreumatico, et nisi paucos cineres relinquat. Aqua cali-

da etsi modo partim, tamen potius quam in Alchhole solvatur. Moschum folliculis exemptum nunquam emas, quos inter transgangetani praevalent. Utraque serva probe in vitris et quidem primum epistomiis vitreis oclusum loco frigido atque propria supellectile dispensa.

FORMICA. Insectorum O. IV. Piezata. Tribus I. Gen. 161 Palpi quatuor inaequales articulis cylindricis. Labium submembranaceum, cylindricum, apice palpigerum. Antennae filiformes Sp 1. *F. rufa* Fabric. et Lin. nigra, thorace compresso pedibusque ferrugineis, Holzameise. Fourmis des Bois. Formica sylvatica. Inhabitat in Europae sylvis et pratis siccis acervos acerosos. Collige ope virgularum melle illinitarum aut in lagenis, quibus parum Mellis aut Sacchari ingestum est, acervis immersis, vel fossa hisce circumducta et aqua repleta in lagena terrae non inundatae immissa. Solum vivas adhibe.

Hac specie deficiente aequae *Formica nigra*. Fabr. Sp 10. nigra, nitida, ano piceo Europae loca arenosa inhabitans applicari potest. In hortis occurrentes Acido proprio et Oleo aethereo pauperiores non adhibe.

HIRUDO Cl. VI Vermes O. 1. Intestina. Corpus oblongum, promovens se ore caudaque in orbiculum dilatandis. *Hir. medicinalis* Lin. depressa, nigricans, supra lineis flavis (rubro-flavis) sex, intermediis nigro-arcuatis (epidermide intermedia cinereo-nigra), subtus cinerea nigro maculata. Hirudo O. Blutigel. Sangsue. Mignatta. Inhabitat Aquas dulces limpidas in alveo arenoso aut paludoso lentius fluentes aut stagnantes zornae temperatae. In Aqua fluente obvenientes praefer. Serva loco frigidiusculo aut saltem non plus quam temperato in vitris Aqua puriori hyeme circiter omni octava et aestate singulis trinis diebus mutanda semirepletis sub tegmine aëri minutis foraminibus pervio

ICHTHYOCOLLA seu Colla Piscium O. Fischleim vulgo Hausenblase. Ichthyocolle, Colle de Poisson. Colla di Pesce, Ittiocolla. Praeferenda, quae e vesicae natatoriae Accipenseris stellati, Sturionis Rutheni ac Husonis membrana interna ab externa detracta, in segmenta discissa siccando in frusta contorta lyriformia formatur. Etiam de alijs piscibus ut Siluro Glanide ac non solum de hisce vesicis, sed quoque de alijs partibus, nempe pinnis, spinis, visceribusque coctis impurior obtinetur, pro usu pharmaceutico non adhibenda.

Ca-
; in
bru-
frac-
mari-
ione
eriae
sed
tan-

ches
Mo-
oris
Reg-
nco-
nine

om-
liter
ial-
stiti
a pi-
sub-
ver-
ana
cel-
ima
aeg-
abili
user-

sub-
gui-
dius
alde
quo
nari
s sit
hae-
osi;
apo-
py-
cali-

Exhibeat frusta oblonga, contorta modo dicto; stramineo - albida, corneo - diaphana; sicca, dura, tenacia, levia; membranoso - et celluloso - lamellosa, inodora; saporis gelatinosi fatui. Ichthyocolla in Aqua coquendo fere omnis solvatur solutione clara, quae ex parte una ejus et viginti quatuor partibus Aquae constans refrigerata Gelatinam spissam sistat, et diluta vix floccos demittat. In Alcohole diluto calefacto maxima ex parte solvatur.

LAC VACCINUM. Kuhmilch. Lait de Vacche. Late di Vacca.

Sit recens albedinis purae, opacum, spissiusculum, gravitatis specificae circiter 1,033; parci, sed genuini odoris, alienique expers; saporis dulcis grati. Pauca quantitate ebullitum et Aqua dilutum instillato Alcohole Jodii non caerulescat.

LYTTA. Insectorum Ord. I. Eleuterata Tribus VIII. Antennis filiformibus. Gen. 62. Palpi quatuor inaequales, postici clavati. Maxilla bifida. Labium truncatum. Spec. 1. *L. ruficollis* Fabric. viridis, antennis nigris. Meloë vesicatorius Lin. Cantharis vesicatoria Oliver. Cantharis O. Spanische Fliege. Cantharide. Cantarella. Inhabitat zonam temperatam et subaustrialem fere totius orbis, nobis aestate gregaria super Ligustris, Fraxinis, Populis, Sambuco Syringisque.

Hae Lyttae sint integrae non pulverulentae; odoris gravis dulciusculo - narcotici; saporis primum quasi picci dein urentis fere caustici. Si siccatae non emis, collige illas Junio et Julio, neca Aquae vaporibus vasis infarctas et sicca levi calore loco umbroso aëri patente cribris impositas. Serva in vitris bene clausis ut venenatas. In pulverem solum ex tempore redige, qui sit viridis, nitens, non lanuginosus, odoris memorati insignis.

MEL CRUDUM. Roher Honig. Miel cru. Miele crudo.

Substantia saccharina propriae indolis e favis Apis mellificae Lin. leviter calefactis expressa. Sit coloris proprii lucidi flaviusculi aut flavo rubentis vel brunnescentis; subpellucidum; gravitatis specificae incirca 1,333; spissum; recens consistentiae aequabilis, vetustius granuloso - crystallinum opacum et solidius; odoris genuini balsamici grati varii pro Apium nutrimento; saporis dulcissimi amoëni, sub finem fauces vellicans. In Aqua

frigida penitus et vix non aequè in Alcohole solvatur. Portiuncula ejus Aqua diluta et ebullita addito Alcohole Jodii non caerulescat. Serva loco frigido sicco in vasis faventinis aut vitreis.

OLEUM ANIMALE EMPYREUMATICUM seu foetidum loco Olei Cornu Cervi foetidi O. Brenzliches thierisches Oel. L'huile pyrozoonique. Olio animale. Ex omnibus partibus animalium destillatione sicca paratum. Sit crassiusculum, brunneo-fuscum, opacum, turbidum, Aqua levius; odoris alcalini empyreumatici acris insignis; saporis paris amaricantis nauseosi intensi. In Aqua partim et in tribus partibus Alcoholis vix non totum solvatur. Serva in vitris epistomiis vitreis clausis.

ONISCUS. Insectorum Ord. VI. Mitosuta. Gen. 169. Maxilla truncata denticulata, Labium bifidum, Antennae filiformes. Spec. 3. O. *Asellus* Fabric. et Lin. Cauda obtusa, stylis duobus simplicibus. Millipedes O. Kelleresel. Cloportes. Centogambe. Habitat in Europa in subterraneis udis sub lignis et lapidibus.

Sunt odoris mucidi ingrati; saporis nauseoso-dulcis sub finem acriusculi. Quamdiu pro anni tempore recentes prostant, tales adhibe, secus sacco linteo tenui immissos Alcoholis diluti bullientis vaporibus in vase clauso necatos ac calore 40° non excedente siccatos serva in vitris clausis loco sicco.

OSSA MAMMALIUM. Adhibe recentia et a pinguedine tam mechanice, quam levi coctione depurata.

OVA PHASIANI GALLI DOMESTICI. Lin. Cl. II. Ord. Gallinae. Ova gallinacea O. Hühner-Eyer. Oeufs de Poulet. Ovi di Galline.

Sint sat recentia et ab odore ac sapore alieno aut putrido libera.

SACCHARUM LACTIS. Milch - Zucker. Sucre de Lait. Zucchero di Late. Materia subsaccharina e Sero Lactis vaccini dulci evaporando et crystallizando maxime in Helvetia parata et venalis in crustis planis crassis. Sit lacteo-album, subpellucens; subtus scabro-planum sursum exhibeat crystallos duras, fractas nitentes, quae referant prismata quatuor laterum pyramidibus pariter tetragonis acuminata, inodora, saporis terreo-dulcis et quidem non nimis dulcis. Ab aëris actu nec

stra-
tena-
modo-
a co-
e ex
con-
a vix
xima

che.

lum,
quin
auca
hole

VIII.

qua-

tum.

igris.

iver.

ella.

otius

inis,

loris

i pi-

col-

vasis

tente

ena-

virig-

gnis.

liele

Apis

pro-

ntis;

spis-

anu-

uini

oris

qua

dehiscaat nec udum fiat. Solvatur in octo partibus Aquae calore 14°, non tamen in minori copia, quam quatuor partibus ferventis. In Alcohole bulliente vix solubile sit. Decocti Laccae Musci colorem non permutet, et Aqua solutum addito Muriate Barytae liquido nullum sedimentum deponat.

SAPO SODAE SEBACEUS vel vulgaris aut domesticus O. Talgseife. Savon de Suif. Sapone di Soda grasso. Paratus e Sebo praecipue bubulo et Potassa pura liquida concentrata invicem coctis addito sub finem Muriate Sodae. Sit cinerascens, subvariegatus, subpellucens; non nisi recenter paratus unguinosus, secus siccus et asper; Sapone Sodae oleoso durior, fractus grumulosus; solum Sebum redolens, nec odore nec sapore rancidus. Aëris tactu Soda ex eo efflorescere incipit. In octo partibus Alcoholis diluti bullientis solvatur, solutione refrigerata abeunte in Gelatinam aequabilem pellucidam opalescentem.

SEBUM OVILLUM vulgo vervecinura. Schafsunschitt. Suif de Brebis ou de Mouton. Segó di Pecora, Grasso di castrato. Adeps abdominalis inprimis omentalis et renalis Ovis Arietis Lin. praecipue masculi castrati lotus et elixus.

Sit album, solidum, fere inodorum, saporis mitis. Liqueatur calore 31 — 32°. Solvatur in quadraginta quatuor partibus Alcoholis fervidi. Serva loco sicco frigido vasis qualibuscunque attamen non metallicis inclusum. Si bonum non prostaret, hanc pinguedinem recentem, uti de suilla dictum est, elixa.

SPONGIA. Cl. VI. Vermes. Ord. V. Corallia. Stirps radicata flexilis, spongiosa, bibula. *Sp. officinalis* Lin. foraminulata, subramosa, difformis, tenax, tomentosa. Spongia marina O. Säug- oder Badeschwamm. Eponge fine. Spugna. Maris inprimis mediterranei et rubri incola sessilis ad rupes, testacea aliaque, etiam in Oceano atlantico ad littora Americae et quidem subtilior molliorque occurrens.

Fragmenta ab integris recentibus lotis et siccatis recisa. Sint lucide flavo-brunnescentia, mollia, elastica, minoribus foraminibus pertusa; odoris mucidi animalis ingrati; insipida. Depura Aqua imbuta conquassando a Spongite officinali (Steinschwamm) lapidibus Spongiorum O. Pro Spongia cerata *integram* adhibe.

TOMUS PRIMUS

PARS II.

MATERIA PHARMACEUTICA MINERALIS.

Aquae
atuor
ile sit.
Aqua
sedi-

nesti-
rasso.
quida
riate
non-
sper;
olum
Aëris
tibus
frige-
opa-

fsun-
cora,
enta-
strati

mitis.
qua-
rigido
isum.
ntem,

Stirps
Lin.
ntosa.
Epon-
rubri
Ocea-
mol-

is re-
stica,
malis
ndo a
ngia-

TOMUS PRIMUS

PARS II

MATERIA PHARMACEUTICA MINERALIS

A

Kr
stal

tion
mi
obs
gra
nat
tur.
14°

O.

sim
ner
stis
atta
in
Te
seo
phu
ner

zuc

calc
ratu
ribu
hex
ris.
lan
styp
Aq
tis

ACETAS CUPRI. Aerugo crystallisata O. Grünspan-Krystalle. Verdet, Crystaux de Venus. Verderame cristallino.

E Subacetate Cupri in Aceto crudo soluto evaporatione, sub qua bacillis excipitur, paratus. Referat pyramides quatuor laterum plerumque oblique truncatas, obscure glaucas, ad margines subpellucentes, odoris ingrati acidulo - metallici debilis; saporis paris insignis nauseosi, quae aëris attactu pulvere aeruginoso teguntur. Solvatur penitus in tredecim partibus Aquae calore 14° ac in sex bullientis. Serva in vasis clausis ut sequens.

(Sub) - ACETAS CUPRI. Aerugo vel Viride Aeris O. Grünspan. Vert de Gris. Verderame.

E Cupri laminis vinacearum ope corrosis paratus, simul Hydratam et paucum Subcarbonatam Cupri tenens vinacearum reliquiis mixtus ac in panibus aut frustis difformibus venalis. Sit virente - glaucus, inpolitus, attactus asperi, triturae cyanaeae; difficulter rumpendus in fragmina inaequalia terreo - lamellosa sericei nitoris. Texturae est minutim crystallinae; odoris cuprei nauseosi; saporis similis styptici acescentis. In Acido sulphurico fere totus solvatur. Serva in vasis clausis ut venenum.

ACETAS PLUMBI. Saccharum Saturni O. Bleizucker. Sucre de Saturne. Zuccaro di Saturno.

E Plumbi lamellis convolutis ac Aceto in fimetorum calore corrosis, dein in Aceto solutis crystallizando paratus. Referat prismata tetragona lateribus binis latioribus bifariam acuminatis aut hexagona pyramidibus hexagonis acuminata; subdiaphana, sericei splendoris. Sit fragilis fractura crystallorum majorum vitreolamellosa; saporis nauseosi primum dulciusculi, dein styptico - metallici. Solvatur omnis in binis partibus Aquae destillatae calore 14° et una parte bullientis solutione instillato Acido sulphurico sedimentum

album pulverulentum copiosum demittente ac Acidum aceticum simul valde redolente. Serva in vasis clausis, ne in pulverem album, qui partim Subcarbonate Plumbi constaret, dehiscat, ac uti venenum.

ACIDUM SULPHURICUM CONCENTRATUM DESTILLATUM. Oleum Vitrioli O. Destillirte Schwefelsäure, Vitriolöl. Acide sulphurique destillé. Huile de Vitriol. Acido solforico.

Vix brunnescat, sit pellucidum, subunctuosum; gravitatis specificae 1,880—1,900; vapores albo-griseos odoris aciduli etsi debilis tamen pungentis, suffocantes eructans; valde causticum. Ab Aqua admixta, quam etiam ex aëre attrahit, summe excalescat. Frigore 10° coeat in Acus stellatim congestas aut tabulas crystallinas aspectus glacialis. Sedimentum non demittat. Multa Aqua dilutum paxillum Oxidi Ferri deponit. Serva in vitris epistomiis vitreis probe claudendis ut priorem.

NB. Combustione e Sulphure ac Nitrate Potassae crudo in cameris Plumbo obductis paratum vulgo Oleum Vitrioli album, olim et anglicanum dictum est incolor, limpidum; gravitatis specificae 1800. usque 1850., nullos vapores explodit, et continet Sulphatem Plumbi aut etiam Potassae.

AQUA. Oxidum Hydrogenii. Aqua communis O. Wasser. Eau. Aqua.

Fluviatilis. Fluswasser. Eau de Rivière. Aqua di Fiume. Puritate pluviali cedit, attamen eo purior est, quo altioris originis est, minus per solum calcareum decurrit et quo parciores partes extractivas de corporibus organicis eorumque residuis assumere sibi potuit.

Fontana. Brunnenwasser. Eau de Fontaine. Aqua fontanea. Priori et sequenti impurior variat pro diversa soli indole, atque Salibus inprimis calcareis plus minus impraegnata est.

Pluvialis. Regenwasser. Eau de Pluie. Aqua piovana. Omnium purissima, si immediate ex aëre in vasis vitreis, fictilibus aut faventinis ast non statim sub pluviarum initio excipitur.

Pro usu pharmaceutico in genere quamvis adhibere licet, modo sit limpida, inodora, insipida nec quiete nec lucis influxu turbetur. Porro sedimentum vix deponat. Saponem Sodae sebaceum facile solvat neque hoc soluto praecipitatum floccosum demittat.

ARGENTUM PURUM. Reines Silber. Argent pur.
Argento puro.

Sit proprii candoris ac splendoris; tritum inodorum et insipidum; valde ductile ac malleabile, sonorum; gravitatis specificae 10,474; texturae compactae, fracturae uncinosae; Aëre et Aqua etiam liquatum immutabile. Aestu O Wedgew. liquetur, multo majori ebulliat et avolet. Solvatur penitus in quatuor partibus Acidi nitrici solutione incolore, quae instillato Sulphate Argenti liquido nil praecipitati albi pulverulenti emittat, nec Ammonia pura liquida supersaturata caerulescat.

AURUM PURUM. Reines Gold. Or pur. Oro puro.

Sit fluvum, nitens aut splendidum; gravitatis specificae 19,257; Cupro mollius, maxime malleabile et ductile, insonorum; etiam frictum inodorum; ad aërem et in Aqua sibi constans, calore, quo solum funditur, immutabile, ac modo in Acido oximuriatico, et nitroso-oximuriatico sed totum solubile.

BARYTES Cl. I. O. VII. Barytica Sp. B testaceus
Werneri Cl. I. O. VII. 2. 4. et 5. Spathum ponderosum. Sulphas Barytae O. Schwerspath. Baryte sulfatee testace Havysii, Spath pesante. Barite testacea, Spato pesante.

Sit albedinis plus minus lacteae; micans; ad margines subdiaphanus; gravitatis specificae 4,298. usque 4,471; referens figuram crystallinam variam, praecipue tabulas rhomboicas fracturae lamellosae lamellis trifariam decussatis. In Aqua et Acidis dilutis nil de eo solvatur, prunis injectus crepitet, calore tubuli ferruminatorii fundatur in globulos albos opacos. Super prunis excandefactus in Sulphuretum Barytae mutetur. A mineris metallicis aspersis aut innatis libera.

BISMUTHUM purum. Marcasita O. Reiner Wismuth. Bismuth pur. Bismuto puro. E Sulphureto Bismuthi seu Bismutho Sulphure mineralisato, Wismuthglanz Werneri fuso reductum. Est rubicundo-argenteum; splendoris metallici insignis, aëris influxu tandem pereuntis; gravitatis specificae 9,700 usque 9,900; cupro parum mollius, vix sonorum, valde fragile, facile pulverandum fractura lamellosa.

Calore 184°, quo nondum excandescit, funditur et aëri patens fumum flavescentem eructat, qui forma pulveris flavi facile in vitrum paris coloris fusilis deponitur; in vasis clausis vero immutatum sublimatur. In Acido nitrico solvatur solutione limpida, ex qua saturata Aqua uberius affusa pulverem album praecipitet.

BOLUS Wernerii Cl. I. O. III. Argillacea. Bolus plerumque Armenae cognomine in O. Bolus, Bol. Argille ochreuse rouge. Bol. Bolo.

Aut nativa aut in varias formas redacta. Prior e rubro flavet, rarius flavet, vel carnei aut castaneo-flaviusculi coloris est; ad margines subpellucet; sit levis, tactu mitis pinguis; trita subsplendens, mollis, depingens, fracturae terreae plus minus conchoideae fragminibus amorpho-angulosis obtuse marginatis. Aspirata Argillam redolet; saporis sit terreo-subausteri. Aquae immersa cum strepitu dissiliat et cum Acidis non efferveat.

(Sub-) **BORAS SODAE DEPURATUS.**

E Borace nativo Wernerii. (Cl. II. O. Boracica G. Borax. Tinkal, natürlicher Borax. Soude boratée Havysii. Borax crudus O. Borax eru. Borace nativo) praecipue orientali, e lacubus aquae dulcis evaporatis oribundo, elixatione, evaporatione, crystallisatione ac verosimiliter additamento Sodae paratus, olim praecipue sic Venetiis confectus, inde Borax veneta in Officinis dictus. Gereinigter Borax. Borax depuré. Borace depurato.

Refert aut glebularum salinas subcrystallinas difformes aut crystallos saepius sat magnas forma prismatum hexagonorum, lateribus duobus latioribus, pyramidibus trigonis acuminatorum. Sit incolor, splendoris vitrei, diaphanus aut saltem subdiaphanus, durus, rumpendus fractura plano-conchoidea splendida; saporis primum mitis dulciusculi, dein alcalino-amari. Aëris tactu obtegatur pulvere albo et inde fiat inpolitus et opacus, solvatur in duodecim partibus. Aquae calore 14° et minus quam sex bullientis, in Alcohole sit insolubilis. Chartam exploratoriam flavam brunneo colore imbuat; Facile igne liquetur, quin decrepitet, ulteriori vero turgeat in massam spongiosam rarissimam niveam, aucto aestu abeat in vitrum Aqua solubile, ex quo integer restitui possit. Cum Acidis non effervescat. Aquo-

sa solutio ejus instillato Subcarbonate Potassae liquido non turbetur, nec addito Acido sulphurico muriaticum redoleat. Serva in vitris clausis.

CALCAREUS. Cl. I. Ordo VI. Calcarea. Sp. C. *Creta Wernerii.* Creta alba seu Subcarbonas Calcariae cretaceus O. Weisse Kreide. Chaux carbonatée crayeuse Havysii, Craie blanche. Creta bianca.

Purior natus, sed impurior elutriatus adhibendus. Exhibeat frusta difformia; quo albiora et leviora, eo meliora; inpolita, attactus macri attamen mollis; gravitate specifica 2,670. non excedentia; friabilia, depingentia, linguae quidquam adhaerentia, fracturae terreo-angulosae subconchoideae angulis inaequalibus et marginibus obtusis; saporis terrei os siccantis proprii. Mox Aqua se inbibant et in illa dilabantur in pulverem. In Acido muriatico, quocum valde efferveant, mox solvantur solutione instillata Ammonia pura liquida non turbanda. Inter nobis venales Campanica praevallet.

CALCARIA PURA. Calx viva seu usta O. Reine Kalkerde, lebendiger oder gebrannter Kalk. Chaux vive. Calce viva.

Ustione e Carbonate Calcariae puriori parata referat frusta alba, solida, sonora, friabilia; saporis primum os siccantis, dein caustici. Calcaria ab Aqua affusa valde incalescat et hujus viginti quinque centesimas partes absorbeat sub strepitu et vaporum aquosorum eructatione, dilabens in pulverem niveum (Hydratem Calcariae, qui Calx exstincta audit). Solvatur calore 14° in quingentis partibus Aquae indigens adhuc majori copia bullientis. In Acido muriatico tota, quin Acidum carbonicum aut hydrothionicum edat, solvatur solutione addita Ammonia pura liquida non turbanda. Serva in vitris subere probe clausis loco sicco.

(Sub-) **CARBONAS PLUMBI.** Cerussa alba O. Bleiweifs, lamellosus Schieferweifs vocatus. Squamosus Blanc de Plomb, in placentas reductus Céruse dictus. Carbonato di Piombo.

E laminis plumbeis Aceto in vasis in fimeto repositis corrosis paratus. Sit niveus, valde ponderosus, aequa-

biliter friabilis; fracturae minutim granulosae porosae inpolitae. Lamellosus sit texturae compactioris et fractus subfibrosus. Omnis odorem edat subacidulum et saporem subdulcem os siccantem nauseosum. In Aqua vix solvatur; carbonibus impositus igne tubuli ferruminatorii totus in Plumbum reducatur. Acidum nitricum sub effervescentia insigni eum resolvat, sed Alcohol nil de residuo hujus solutionis evaporatae recipiat. Serva in vasis clausis.

(Sub-) CARBONAS POTASSAE CRUDUS seu venalis. Cineres clavellati. Potassa O. Pottasche. Cendres gravellées. Pottassa.

E cineribus lignorum elixatis lixivio inspizzato et sale obtento excandefacto confectus. Grumi salini difformes, cavernosi, duri, facile aëris attactu diffuentes, qui sint pallide cinereo-caerulescentes vel albidii; inpoliti; saporis lixiviosi subcaustici; inodori, et fere toti in Aqua solubiles. Pars una eorum partibus duabus cum dimidia Acidi sulphurici diluti saturatur. Praestat paratus e cineribus arborum, quibus lignum durius est et quae in solo boreali creverunt. Serva loco sicco in vasis clausis.

(Sub-) CARBONAS SODAE DEPURATUS seu artefactus. Natrum carbonicum crystallisatum seu Soda crystallisata O. Gereinigte kohlen-säuerliche Soda, kry-stallisirte Soda. Souscarbonate de Soude crystallisé. Carbonato di Soda alcalino.

Prior ex Alcali minerali nativo Wernerii. Cl. II. Ord. I. Gen. I., Soude carbonatée Havysii calcinato crystallisatione paratus, nobis praecipue e Pannonia nomine Natri pannonici aut hungarici venalis; alter decompositione Sulphatis Sodae fabricatus; referentes frusta difformia, quae sint coacta e crystallis hyalinis, splendoris glacialis, attactus lubrici, perfectis exhibentibus prismata tetragona complanata oblique truncata, tabulas rhomboicas imbricato-coadervatas aut octaëdra Apicibus truncata, fragilibus in fragmina crystallino-angulosa. Sit gravitatis specificae 1,350., aëris influxu dehiscat in pulverem album, attactus sit macri, inodorus; saporis mitis alcalini; calore 30° dissolvatur, et solvatur calore 14° in duabus partibus Aquae et pari pondere bullientis. Partes decem in Aqua destillata bulliente solutae in-

digeant pro saturatione partibus septemdecim Acidi sulphurici diluti. Serva in vasis clausis.

CUPRUM PURUM. Cuprum, Venus O. Reines Kupfer. Cuivre pur. Rame puro.

Sit propriae rubedinis e brunnea in roseam vergentis, aëris et aquae hoc imbutae influxu plus brunnescentis ac tandem in virorem abeuntis; splendoris sat intensi; gravitatis specificae pro modo praeparationis variae a 8,300. usque 9,000; mallei patiens, valde ductile et sonorum, fractum granuloso - uncinosum; tritum vel calefactum odoris gravis ingrati; saporis singularis nauseosi in ore persistentis austeri. Igne, priusquam funditur, Oxidulo squamoso brunneo (Scoria Cupri) tegitur, fluit aestu 27° Wedgew., simul flamma rubro-virente flagrans. In Acido sulphurico dimidia parte Aquae diluto coquendo totum solvatur solutione nulla vestigia alterius metalli monstrante. Ab Oleis pinguis et fere omnibus Salibus Aqua solutis mediante Aëris influxu solvitur.

FERRUM PURUM. Mars O. Reines Eisen. Ferro pur. Ferro puro.

Sit lucide griseum, splendens, sonorum, valde ductile, durissimum; gravitatis specificae pro ratione praeparationis a 7,000. usque 8,000; fracturae granuloso-fibroso - et lamelloso - festucosae; tritum odoris singularis et saporis styptici; attractile. Rutilo candens mollescat mollitie fere pastacea; tectum simul Oxidulo caeruleo-nigrescente (Scoria Ferri), ulteriori igne in Oxidum rutilum abeunte. Aestu 458° Wedgew fluit candescens. Aëris influxu inprimis humidum oxidatur ac Acido carbonico et Aqua simul attractis Rubiginem contrahit. In Acido sulphurico diluto totum solvatur solutione nullum aliud metallum reagentibus prodente. Praeferas Ferrum in baculis (Stabeisen) nec comminutum emas. Serva praecipue raspatum loco sicco vasis bene oclclusum.

GRAPHITES Cl. III. O. IV. Graphitides. Gen. Graphites *Sp. Gr. densus* Wernerii. Plumbago O. Dichter Graphit, Reifsbley. Graphite Havysii, Crayon noir. Piombagine. Hoc Carburetum Ferri nativum sit obscure ferreo-nigrum aut grisescens; nitoris metallici, opacum; gravitatis specificae a 1,987. usque 2,267.; tactu

pingue; rasile, valde depingens; rumpendum fractura inaequaliter angulosa obtuse marginata in fragmina difformia sublamellosa, lamellis nonnunquam concavoconvexis saepe metallice splendentibus. Forti aestu aëre accedente lente comburatur relicta circiter decima sui ponderis parte ex Oxido Ferri constante. Pro usu medico elutriatum laeviga.

HYDRARGYRUM purum. Mercurius destillatus vel vivus O. Reines Quecksilber. Mercure pur. Mercurio puro.

E mineris Hydrargyri destillatum. Sit coloris et splendoris e stanneo laete argentei. Corpori plano polito infusum dissiliat in globulos exacte rotundos, qui nec pulverem nec strias relinquunt. Gravitatis specificae sit 13,568. usque 13,600; inodorum, insipidum; aëris influxu vix mutabile; nec Aquam destillatam, si parvis copiis insimul commoventur, pulvere nigrescente inquinat atque destillatum totum transeat. Frigore 30° in corpus malleabile congeletur. Reagentibus tentatum non prodat tenorem Plumbi alteriusve Metallii. Serva in vitris aut vasis ligneis clausis.

MANGANESIUM Cl. IV. O. XIII. *Manganesiaca*. *M. ochraceum nigrum Werneri*. Magnesia Vitriariorum O. Schwarz-Braunsteinerz. Oxide noir de Manganeuse Havysii, Magnesie noire. *Manganesia*.

Oxidum Mangani nativum, insigne colore griseo aut piceo-nigro et splendore metallico; gravitatis specificae 2,922; rasile, attamen Sulphureto Stibii nativo durius, friabile; tritum nigrum inpolitum; valde depingens; facile rumpendum fractura radiata aut stellata in fragmina amorpho-angulosa obtuse marginata splendida sublamellosa, lamellis plerumque concavoconvexis; nonnunquam crystallina referentia octaedra parva aut minima; insipidum; inodorum, etsi Prunis injectum. Affuso Acido muriatico oximuriaticum eructet, in vase clauso exaestuatum multum Oxigenii largiatur et calore tubuli ferruminatorii non fundatur. Pulveratum non eme.

MURIAS AMMONIAE. Sal ammoniacus O. Salmiak. Sel ammoniac. Sale ammoniaco.

Nobis venalis in fabricis vario modo sublimando redactus in placentas convexo-concavas est in toto sub-

diap
aspe
losae
aut
doru
Aëri
lore
vibus
sicc

Koch

Sit i
nus;
fectis
scala
impe
rum
sub
tus
ulter
situs.
pia

O. R
tro c

frust
albid
exhil
tissin
cae 2
ram
ris pl
laetit
tem
venti
ment
do d

rum

diaphanus, plus minus incolor aut fuligine obfuscatus, aspectus glacialis; solidus, fracturae crystallino-aciculosae; crystallis perfectis exhibentibus prismata quatuor aut sex laterum aut octaëdra oblonga, flexilibus; inodorus; saporis acris pungentis salini, tandem urinosi. Aëris influxu non diffluit, in tribus partibus Aquae calore 14° et in pari pondere bullientis, uti quatuor partibus Alcoholis solvatur et igne totus avolet. Serva loco sicco.

MURIAS SODAE. Sal communis seu culinaris O. Kochsalz. Sel. Sale commune.

Muriae evaporatione paratus et in grumis venalis. Sit in toto albus opacus; in particulis incolor diaphanus; friabilis; e crystallis minoribus partim coactus, perfectis vero tetraëdricis, saepius in pyramides formae scalaris coacervatis; gravitatis specificae 2,150. Linguae impositus facile diffluit edendo saporem salsum purum non ingratum vel amariusculum; sit inodorus; sub aëris non humidi influxu constans. Igni expositus primum decrepitet, tum rutile candens fluat ac ulteriori aestu sublimetur, vapore albo indecompositus. Pars una ejus in minori quam tripla Aquae copia integre solvatur.

NITRAS POTASSAE CRUDUS. [Nitrum] crudum O. Roher Salpeter. Nitrate de Potasse. Nitre cru. Nitro crudo. Nitrate di Potassa.

Nobis e fabricis plerumque subpurus venalis in frustis difformibus e crystallis fascinato-coactis, in toto albidulis, in minutis partibus hyalinis, perfectioribus exhibentibus prismata hexagona striata, pyramidibus potissime totidem laterum acuminata; gravitatis specificae 2,000. Eo praestantius est, quo penitius hanc figuram crystallinam refert, quo siccus et sonorius, saporis plus refrigerantis ac pungentis et vix amariusculi est, laetius igne detonat, integrius in Aquae partibus septem calore 14° et minori, quam proprio pondere fermentis solvitur ac quo minorem portionem terrei sedimenti solutio ejus addito Subcarbonate Potassae liquido deponit.

OXIDULUM PLUMBI SEMIFUSUM. Lithargyrum O. Bleyglätte. Litarge. Litargirio.

Sub Argenti et Auri cupellatione ope Plumbi facta remanens. Referat micas plus minus conglutinatas aut in frusta scoriformia colliquatas, quae sint luteae aut e luteo pallide rufae; subsplendidae splendore metallico; gravitatis specificae 0,044; attactus pingiusculi; trituratae e flavo rubellae in politae; colliquatae solidae; facile rumpendae in squamas splendidiore fractura inaequali. Ab Acido acetico concentrato coquendo fere totae solvantur.

OXIDULUM STIBII VITREUM. Vitrum Antimonii O. Spießglanz-Glas. Oxidule d'Antimoine vitreux, Verre d'Antimoine. Vetro d'Antimonio.

In fabricis e Sulphureto Stibii crudo, leviori igne in Oxidulum Stibii griseum (Cinis Antimonii O.) redacto et fortiori aestu fuso, in tabulas planas redactum, inde minima Sulphuris quantitate nuptum. Sit flaviusculo-rubrum, lucide hyacinthinum; splendens; gravitatis sp. 5,280; penitus pellucens; modice durum, frangendum fractura vitrea, facile pulveratu; sub aëris influxu immutabile. In Aqua sit irresolubile, pulveratum vero in Acido muriatico aut tartarico coquendo facile solvatur excepto parcissimo residuo floccoso castaneo ex Hydrosulphureto Oxiduli Stibii constante. Hae solutiones addito Hydrosulphureto Ammoniae liquido simile sedimentum demittant. In Acido muriatico solutum exuberante Acido ac Aqua destillata affusa praecipitatum album copiosum edat. A tenore Terrae siliceae sit penitus et a ferreo vix non integre liberum.

OXIDUM PLUMBI RUBRUM, Minium O. Men-nig. Oxide rouge de Plomb. Minio.

Ex Oxidulo Plumbi flavo laevigato caute et longius sub aëris accessu urendo in fabricis paratum. Sit pulvis ex aurantiaco laete ruber, tritus magis adhuc in aurantiacum colorem vergens; oculo armato squamulas subnitidas monstrans; gravitatis specificae 8,940; fere impalpabilis. Aestu tubili ferruminatorii carbonibus impositus primum in Oxidulum vitreum liquetur et dein in Plumbum metallicum abeat. In Acido acetico etiam coquendo solum partim solvitur remanente parte Peroxidi rubro-fusci irresoluta.

PETROLEUM Cl. III. O. II. Bituminosa. P. rubrum Wernerii. Oleum Petrae rubrum O. Rothes Berg-

oder Steinöl. Bitume liquide brun et noiratre Havysii, Petrole. Petrolio. Oleum aethereum empyreumatico-bituminosum stillans in plurimis regionibus e Saxia calcareis aut argillosis, inde saepius Aquis innatans.

Sit obscure rubrum aut rubro-fuscum, subpellucens; splendoris pinguis; gravitatis specificae 0,800 usque 0,840; attactus valde pinguis; Oleum Succini rectificatum graviter redolens et saporis acris exaestuantis. Papyro albae calefactae instillatum vix maculae vestigium relinquat et accensum deflagret flamma caerulescente fumum copiosum eructans, multa fuligine remanente. In decem partibus Alcoholis fere totum solvatur solutione pallide rubella ab Aqua affusa lactescente. Addito Acido sulphurico concentrato vix excalescat nec nigrescat. Serva in vitris probe clausis loco frigido.

PHOSPHORUS. Phosphor. Phosphore. Fosforo. Venalis in bacillis, qui sint albi vix flaviusculi, recens parati pellucidi ceraeque instar splendidi; gravitatis specificae circa 1,770. Tractu temporis etiam sub Aqua destillata opacantur tecti strato albo tenui et lucis influxu rubescunt. Consistentia Ceram aequant, qua vix fragiliores sint. Sub aëris influxu calore 50° inflamentur et calore 56° sub Aqua liquentur. In Aetheribus, Alchhole ac Oleis aethereis et pinguibus, etsi difficulter solvantur. Serva in lagenulis vitreis Aqua destillata prius cocta et denuo refrigerata implendis, epistomiis vitreis oclclusis atque pyxidibus lapideis immitendis.

SAL MIRABILIS Cl. II. O IV. Sulphurica. S. m. natus crystallisatus Wernerii. Sulphas Sodae natus. Natürliches Glaubersalz. Soude sulphatée Havysii. Sel de Glauber. Sale mirabile nativo.

Hic in pluribus regionibus ad littora lacuum salsorum aut in alveo exsiccatorum, nec minus in montibus Muriate Sodae divitibus occurrens, et crystallisatione depuratus atque pariter factitius; de praeparatione Acidi muriatici e Muriate Sodae ope Acidi sulphurici residuus, aut sub confectione Muriatis Ammoniae e Sulphate Ammoniae ope Muriatis Sodae obtentus referat prismata conspicua hexagona, planis terminalibus liberis, acuminatis per plana trigona marginibus lateralibus imposita, etsi plerumque compressa, tunc varie acuminata, longi-

itudinaliter striata. Sit hyalinus, nisi aëris actu pulvere albo obiectus aut ulterius obliterated, quo modo facile dilabens circiter dimidium sui ponderis perdit. Recenter effusus natus sit splendore vitreo; gravitatis sp. 2,246; fragilis fractura minutius conchoidea. Dilapsus solum excandefactus fluat. Saporis sit primum refrigerantis, dein amari. Solvatur calore 14° in tribus partibus Aquae et minori copia quam pari pondere bullientis. Solutio ejus nec a Borussiate Potassae et Oxiduli Ferri liquido, nec a Subcarbonate Potassae liquido additis sedimentum edat, aut cum pari quantitate Calcariae purae trita Ammoniam redoleat. Serva loco frigido in vasis bene clausis.

STANNUM PURUM. Reines Zinn. Etain pur. Stagno puro.

E Mineris stanneis reductum, sub variis formis venale. Sit candoris proprii subargentei, attamen magis caerulescentis; recens fusum splendoris similis insignis; sat ductile, cum stridore flexile, tenax; gravitatis specificae 7,299, malleatum 7,470; fractum uncinatum; tritum odorum; calore 160° fusile. Liguatum effusum et frigore denuo coactum induat superficiem laevem et compagem nullo modo crystallinam. Affuso Acido nitrico abeat in Oxidum album pulverulentum, quo facto Acidum a sedimento decantatum et multa Aqua destillata dilutum Bismuthum forsitan Stanno inhaerens sedimentum albo pulverulento proderet. Eodem Acido additi Sulphates liquidi Plumbum Stanno forte nuptum sedimentum albo indicarent; Cuprum vero hoc Acido Ammonia pura liquida supersaturato colore caeruleo solutionis se manifestaret. Arsenicum Stanno in Acido muriatico soluto odore Gas Hydrogenii arsenicalis evoluti, aut residuo solutionis prunis injecto odore Alliaco sese monstraret. Ex Indiis orientalibus advectum, praecipue Mallaccense et Bancaense puritate satagit.

SUCCINI SCOBS. Rasura Succini O. Bernstein-späne. Residua de tornato Succino (Cl. III. O. IV. Resinosa. *Succinum citrinum seu flavum* Wernerii. Gelber Bernstein. *Succin Havysii*, Ambre jaune. Ambra gialla.)

Refert frusta obtuse angulosa, saepius rotundata, quae sint flavedinis variae; plerumque aspera; si non diaphana, saltem subdiaphana; inpolita aut vix splen-

dida;
gative
conve
aut vi
stein-
grati,
liquata
odoren
rico c
Succin

SI

LUS.

E

(Alum
minat
Subco
Crysta
centia
tici su
verem
14° in
lientis
ram s
liquid
rulesc

SI
nus O

E
sine a
Acidi
porati
nalis r
prisma
longa
vitatis
frigera
14° et
bullier
quetur
one ac
Magn

didā; gravitatis specificae 1,065. usque 1,083; trita negative electrica; fragilia fractura conchoidea cavis et convexitatibus, perfectis majoribus, splendoris pinguis aut vitrei; texturae non sabulosae (qualis viliori Sandstein-Bernstein speciei dictae est.) Trita sint odoris grati, in Alcohole vix quidquam solvantur, nec nisi liquata in Oleis aethereis ac pinguibus. Prunis injecta odorem edant proprium inamoenum. Ab Acido sulphurico concentrato solvatur solutione purpurea, diluta Succinum demittente.

SULPHAS ALUMINAE ET POTASSAE ACIDULUS. Alumen crudum O. Alaun. Alun. Allume.

E Schisto aluminoso vulgari et splendente Wernerī (Alumine pyro-bitumineux Havysii Cl. I. O. IV. Aluminata) usto, aëris influxu dilapso, elixivato et addito Subcarbonate Potassae redactus in massas crystallinas. Crystalli perfectae referunt octaëdra incolorata, pellucētia; gravitatis sp. 1,714; saporis e dulci valde styptici subnauseosi; Aëri exposita superficiatenus in pulverem album fatiscētia. Solvatur hic Sulphas calore 14° in viginti partibus Aquae, ast pari pondere bullientis et calore 80° excedente liquetur induendo texturam spongiosissimam. Solutio ejus ab Ammonia pura liquida ultra punctum decompositionis affusa non caeruleseat.

SULPHAS MAGNESIAE. Sal amarus vel anglicanus O. Bittersalz. Sel amer ou cathartique. Sale amaro.

E Muria marina aliisque illo divitibus plerumque sine additamentis; aut adjecto residuo de destillatione Acidi sulphurici e Sulphate Oxiduli Ferri obtento, evaporatione sub continua Lixivii agitatione paratus. Vernalis refert aciculas crystallinas, motu vero non coactus prismata tetragona pyramidibus tetragonis acuminata et longa; basi sibi imposita. Sit hyalinus, splendens; gravitatis sp. 1,660; friabilis; saporis e salso sat amari refrigerantis. Solvatur in duabus partibus Aquae calore 14° et minori copia, quam proprium pondus aequat, bullientis. Aëris influxu vix dehiscat. Igne primum liquetur et dein dilabatur in pulverem album. E solutione aquosa valde diluta Potassa pura liquida instillata Magnesium puram abunde eliminat.

SULPHAS POTASSAE. Arcanum duplicatum seu Tartarus vitriolatus O. Schwefelsaure Pottasche. Doppelsalz. Sulphate de Potasse, Solfato di Potassa.

De praeparatione Acidi nitrici e Nitrate Potassae mediante Acido sulphurico combustione Sulphuris parati, aut ope Sulphatis Oxiduli Ferri peracta residuus; vel sub praecipitatione Magnesia e Sulphate Magnesia per Subcarbonatem Potassae in pharmacopoliis obtentus; vel e fabricis venalis. Exhibeat prismata hexagona pyramidibus totidem laterum aut simpliciter aut bifariam accuminata; hyalina, ad aërem constantia; saporis inamoeni amari salsi; in sedecim partibus Aquae calore 14° et quinque ferventis solubilia solutione nec acescente nec alcalina. Prunis injecta decrepitent et solum ad albedinem exandefactae fluant. Solutio addita Potassa pura liquida nullum sedimentum album edat, neque Borussiat Potassae et Oxiduli Ferri vestigium tenoris, ferrei, aut Hydrosulphureto Ammoniae Cuprum contentum prodat. Gravitatis sp. sit. 2,241 — 2,208.

SULPHUR SUBLIMATUM. Flores Sulphuris O. Schwefelblumen. Soufre sublimé. Solfo sublimato.

In fabricis e Pyrite et Cupro pyritaceo destillatione, fusione et sublimatione in magnis copiis paratum. Sit flavedinis laetae propriae; tactus laevis glabri; rarum. Digitis compressum quidquid crepitet et conglomeretur; tritum edat odorem singularem. Aquam vero nonnisi Acido sulphurico aut sulphuroso et sapore horum imbuat. Calore 90° liquetur rufescens et refrigeratum coeat in series stellatas crystallorum aciculosarum. Comburendo totum avolet. Sulphur in baculis non emas.

SULPHURETUM ARSENICI FLAVUM ARTEFACTUM. Auripigmentum O. Künstlicher Schwefelarsenik, Operment, gelber Realgar. Arsenic sulphuré jaune, Orpin, Orpiment. Orpimento.

Ex Oxidulo Arsenici cum Sulphure aut minus bene cum residuis de Sulphuris sublimatione fundendo et sublimando paratum et in frustis difformibus venale. Sit coloris citrini vel aurantiaci vel aurei, aequabilis et laeti; subsplendens; ad angulos subdiaphanum; gravitatis specificae 3,048 usque 3,521; molle, inquinans; trituratae laete flavae; fracturae inaequaliter ac obtuse

angul
turae
tis, q
tubuli
flagra
colore
flavun

S
NALE
Quecl
rouge

E
mand
obscu
cificae
cineo
penda
crysta
coacti
eo int
hole
tum
sulph
in va
Pulve

S
erudu
Antin
centis
Spief
Havy
subtu
griser
depin
turae
sae,
rum,
lique
tem,
avole
tonat
cuola

angulosae, splendoris adamantini vel submetallici; texturæ lamellosae, lamellis tenuibus inter se non decussatis, quae plerumque sunt concavo-convexae. Calore tubuli ferruminatorii fere totum flamma caerulea deflagrans avolet odore Allii et Acidi sulphurosi, induens colorem hyacinthinum, qui, si pulveratur, denuo in flavum abeat. Serva uti venenum in vasis clausis.

SULPHURETUM HYDRARGYRI RUBRUM VENALE. Cinabaris factitia O. Subtimertes Schwefel-Quecksilber, Künstlicher Zinnober. Mercure sulfuré rouge. Cinabre. Cinabro.

Ex Hydrargyro et Sulphure in vasis clausis sublimando paratum, venale in frustis, quae sint e nigro obscure rubra, nitoris metallici, opaca; gravitatis specificae 10,000; attactus asperi, depingentia colore coecineo; friabilia tritura carmosino-rubra; facile rumpenda fractura fibroso-crystallina splendente; texturæ crystallinae e prismatibus in aciculas aut fibras tenues coactis; insipida. Rubedo, quam pulveratum exhibet, eo intensior est, quo subtilior pulvis. In Aqua et Alcholo penitus insolubile calore tubuli ferruminatorii totum flamma caerulea forma vaporum alborum odoris sulphurosi, nullo modo alliacei, et suffocantium avolet, in vasis clausis vero immutatum integre sublimetur. In Pulvere non emas. Batavum praevalet.

SULPHURETUM STIBII VENALE. Antimonium erudum O. Schwefel-Spißglanz. Røher Spißglanz. Antimoine cru. Solfuro d'Antimonio. Venale in placentis conicis truncatis, ex Antimonio crudo (Strahliges Spißglanz erz Werneri, Antimoine sulphuré rayonné Havysii), in ollis subtus perforatis liquato et in alteris subtus hisce adaptatis excepto formatis. Est chalybeo-griseum; splendoris metallici; gravitatis specificae 4,700; depingens; friabile, triturae nigrescentis inpolitae; fracturae inaequalis; texturæ crystallino-radiatae aciculosae, crystallis prismata tetragona referentibus; inodorum, insipidum. Calore tubuli ferruminatorii facile liquetur primum flammam caeruleam Sulphur redolentem, dein vapores albos eructans. Strenuo igne totum avolet, cum tribus partibus Nitratis Potassae vero detonatum massam albidam relinquat, de qua cum decolla Aqua destillata cocta, decocto filtrato et evaporan-

do exsiccato residuum obtentum prunis inspersum Allium non redoleat. Si pars massae decoctae, filtratione super filtro remanentis Acido sulphurico immititur, hoc Acidum postea decantatum, neutiquam alia metalla se tali ratione recepisse, monstret. Scorias placentis inhaerentes abjice, has ultimas autem pro usu laeviga.

ZINCUM PURUM. Reines Zink. Zinc pur. Zinco puro.

In fabricis e lapide calaminari (Carbonate Oxidi Zinci) et Pseudogalaena Wernerii (Sulphureto Zinci) carbonibus reductum et obliqua destillatione obtentum. Sit caesio-albidum; aëri non nimis longe expositum metallici splendoris; gravitate specifica a 6,862 ad 7,200 accedens; tenax; frigidum mallei parumper, ad 80° usque 104° vero calefactum valde patiens; calore 149° adeo fragile, ut pulverari queat; sonorum; texturae radiato-lamellosae. Leviter rutilo candefactum deflagrat flamma alba splendida, spargens floccos albos levissimos massa spongiosa remanente. Solutio ejus in Acido nitrico diluto Subcarbonate Sodae liquido saturata Ferrum contentum sedimento floccoso-brunneo indicaret, Plumbum autem, si illis inhaeret, addito Sulphate Potassae liquido praecipitatum album, et Cuprum Borussiae Potassae et Oxiduli Ferri liquidus sedimento brunneo indigiterent. In Acido nitrico diluto penitus solvatur, quin sedimentum album (Oxidum stanni) relinquat.

MAT

rsun
ltra-
amit-
alia
pla-
usu


Zin-

Oxidi
nci)
tum.
itum
7,200
80°
149°
e ra-
agrat
cissi-
cido
Fer-
aret,
e Po-
rus-
run-
olva-
elin-

TOMUS PRIMUS

PARS III.

MATERIA PHARMACEUTICA VEGETABILIS.



TOMUS PRIMUS

PARS III

MATERIA PHARMACEUTICA VEGETABILIS

DE
CON
BILI
recen
me g
Ha
prior
tius co
cis, q
qua r
lent.
gener
juxta
tione
Veget
diurn
da su
corpo
tum a
sat si
lam;
Pro s
ri, r
tamen
veget
cator
Dura
siti
tudo
cribri
aut h
vatio
puru
vatur

**DE DELECTU, MUNDATIONE, SICCATIONE,
CONSERVATIONE ET RENOVATIONE VEGETA-
BILIUM.**

Vegetabilia, partes ac substantias vegetabiles, quae recentia colligenda sunt, tempore, quo vi medica maxime gaudent, quaeras.

Haec inter, quae tum spontanea tum culta occurrunt, priora, paucis exceptis, quibus cultura talis virtus potius convenit, praefere. In genere repetas ea de solo et locis, quae spontaneis pro sua indole proprie quadrant, qua ratione plurima in apricis elevatis natalia praevalent. Tempus delectui eorum congruens equidem in genere secundum anni tempora destinari, non vero juxta menses proxime designari potest; potius pro ratione incrementi aut decrementi eorum eligendum est. Vegetabilia et partes vegetabiles tempore sereno et horis diurnis, quibus ex aëris influxu non humescunt, legenda sunt. Recentia haec ab immunditiis et parasiticis corporibus ita, ut minus inde suae efficaciae decrementum aut corruptelam patiantur, depura. Inde, quae non sat sicca sint, non solum ad impediendam corruptelam; sed modo, quo virtute medica non privantur, sicca. Pro siccatione caloris gradu utere, quo nec pessumdari, nec fermentationem subire possunt; sufficiente tamen ad siccationem sat cito absolvendam. Corpora vegetabilia crassiora aut longiora ad accelerandam siccationem divide, nisi inde partes efficaces perderent. Durante hac operatione cribris immissa, aerisque transitui sufficienti exposita saepius inverti, modo teneritudo illorum hoc non defendat. Siccata super talibus cribris agitando a pulvere terrestri inhaerente, insectis aut horum ovulis prius depura, antequam conservationi eorum destinato tradantur. Serva loco, cui aër purus siccus inest, et in quo semper debito modo renovatur, praecipue vero calori aut frigori ac umbrae expo-

sita sunt, convenientibus singulis pro indole sua diversa. Quae aëri, aut solum pulveri in hoc volitanti, aut luci exponere non licet, scriniis vel doliis vel vasis congruis immitte. Ultimis hisce utere, si partibus volatilibus aut fixis efficacibus, quae aëris lucisque influxu nimis mutantur, instructa sunt. Scrinia lignea, nec nimis arcte claudentia, doliave sufficiunt pro illis, quae minus hac ratione ab aëre et luce afficiuntur, aut nimis ab his praeclusa facilius mucorem contrahunt. Quae plus inde patiuntur, scriniis laminis ferreis obductis, operculis pari modo vestitis, obtegendis,ingere. Quae vero partes summe volatiles aut mutabiles continent, aut tota volatilia sunt, vasis include. Haec vasa vel tecturis aut, si nequeant sufficere, epistomiis suberinis vel vitreis probe claude. Talia corpora nunquam, nisi pro proximo usu in pulverem redige, quem pari methodo defende. Omnia ultimo modo non munita, sedulo prae insectorum aggressu munias et saepius a pulvere deciduo aut alieno insectisque irrepentibus munda. Tempus, per quod haec corpora retinere licet, variat pro tempore, quo vires medicas perdunt, aut ipsa corrumpuntur. Nostratia, quae annue recentia prostant, anni periodi facile hanc indolis suae vicissitudinem patiuntur, atque in specie nimis exsiccantur, omni anno renova. Hoc non impedit, corpora, quae fere solum fixis substantiis constant et mere hisce agunt, si non corrupta sint, longius asservari. Habita consideratione horum monitorium generalium relate ad singulas species corporum vegetabilium medicatorum sequentia observa:

Balsama emas recentiora, et serve in vitris epistomiis vitreis clausis, aut vasis terreis vitreatis subere et tectura e vesica et papyro confecta probe occlusis temperatura cellae. Vetustate incrassata vel effoeta rejice.

Bulbos tempore, quo succo turgenti, id est caule marcescere incipiente collige, rejecto igitur de biennibus emarcido de anno praegresso. Qui vel recentes, aut saltem extraneos inter succulenti servandi sunt, hos in cella arenae siccae intrude. Siccandos vero calore 30° usque 40° non excedente, loco aëri pro temperaturae ratione sat patente sicca, majores suspensos, minores in filis trajectis pendulos siccatosque serva loco sicco.

Cortices Arborum et Fruticum nec nimis juvenes, inde adhuc succo pauperes vel non sat crassos; neque vetustiores fissos, plantis parasiticis exhaustos emar-

oidos,
ob ca
mis g
strate
turger
ultima
ras. F
cortic
cisuri
indole
tur.
bus d
valde
cribria
peram
F
menti
perde
emisse
cum s
inevol
cae es
ta, qu
lige.
pore c
sunt.
40°, t
versen
facile
ceteris
F
da, ult
in vas
F
post l
lution
aut d
prae
verno
cientia
planta
cipitar
sis aut
paucis

scidos, aut lignosiores selige. Præ illis truncorum hanc ob causam ramei prævalent, nisi pariter succo inprimis gummoso aut resinoso inspissato scateant. Nostrates de arboribus anni periodo, qua hoc inprimis turgent, ergo ante foliationem aut ante anthesin, si ultima priorem prægrèditur, igitur accedente vere, quæras. Fruticibus vero, urgente defectu, pariter autumnino cortices detrahare licet. Incidantur longitudinaliter, incisuris dein transversim ita divisi, ut pro varia sua indole segmenta sat longa, nec tamen nimia obtineantur. A Lichenibus aliisque plantis parasiticis minoribus depuratos sicca loco umbroso, aëris renovationi valde convenienti, majora segmenta suspensa, minora cribris imposita, calore 20° non minore, nec 40° superante. Serva loco sicco in doliis aut scriniis.

Flores optime carpuntur primis explicationis momenti, quibus elapsis cum odore simul de efficacia perdere incipiunt. Nunquam autem polline ex antheris emisso illos legas. Flores minutos nimisque congestos cum summitatum reliquis partibus et quidem fere adhuc involutos carpere oportet. Quibus calyx efficaciae medicæ est, hos unacum hoc legere decet. Petala aut stigmata, quæ sola adhibenda sunt, modo plenarie evoluta collige. Florilegium instituat coelo sereno calente, tempore diei, quo sole ab aqua inhaerente flores liberati sunt. Sicca illos brevissimo tempore calore 30° usque 40°, tenuiter super cribris repansos modo dicto, quin versentur. Servandi sunt loco siccissimo, et quidem, qui facile vires suas perdunt, exacte in vasis oclusi. Præ ceteris vegetabilium partibus omni anno renovandi sunt.

Filices, Lichnes, Conservas et similia probe munda, ultimas cito sicca, et ceterum uti Herbas tracta. Serva in vasis terreis, et quæ aëris influxu perdunt, in clausis.

Folia ante anthesin decerpenda sunt, quæ vero post hanc solum germinant, tempore plenariæ evolutionis. Quæ ante anthesin nimis fibrosa coriacea aut dura fiunt, et sic partes efficaces perdunt, jam præ completo incremento quaeras. Sempervirentia verno tempore collecta quidem præstant, sed deficientia etiam ceteris periodis anni petere poteris. Folia plantarum biennium anno secundo præ caulium præcipitante incremento quaeras. Sicca; petiolis nimis fibrosis aut duris rejectis, et serva, uti flores, et nostratia, paucis exceptis, præcipue vero illa, quibus vis heroica

inest, omni anno renova. Fructus in genere, nisi aliter praescriptum sit, maturos legas. Sicca modo relate ad illorum parenchyma congruo, succulentos calore 40° et ultra; corruptioni non adeo obnoxios calore 30° usque 40°, ultimos loco aëris transitui aperto, et quidem majores discissos. Serva in temperatura cellae, saltem succulentiores et recentes, loco sicco in doliis, aromaticos in vasis clausis.

Fungi praecipue ab insectorum ovulis et larvis bene mundandi, partibus corruptis resectis citius siccandi et loco valde sicco servandi sunt.

Gemmas, dum succo turgent, ergo primo vere ante ulteriorem explicationem collige, et pertracta uti flores.

Gummata, Gummi-Resinas, Resinasque solum munda, contundendo ea anni tempore aut loco sat frigido in pulverem et sic quisquillas separando. Solutione in Aceto aliove liquido ea depurare non licet. Pulveres serva in temperatura cellae in scriniis, laminis ferreis obductis et bene clausis; odorata vero et facile vapescientia in paribus vasis aut vitris exacte clausis.

Herbas, si non alias in specie jubetur, mox ante anthesin, et quae floridae recipiendae sunt, floribus nondum evolutis collige, observatis, quae de tempore collectionis, de siccatione ac conservatione circa folia et flores praecepta sunt.

Ligna ab hyemis initio versus finem usque de arboribus et fruticibus non nimis teneris, nec tamen vetustate exsuccis effoetis aut emarcidis depromas. Praestant radicalia illis truncorum atque haec rameis tenuioribus. Scobem lignorum, et resinosa, gummi-resinosa aut alia efficacissima inter decorticata non emas. Albuminum recentius rejice et modo, quo facilius siccari possint, fissa atque recisa, calore 30° usque 40° aëri exposita sicca.

Olea aetherea ac aethereo-pingua in vitris minoribus paribus epistomiis munitis aut simul tectura praeditis in temperatura cellae, luci subtracta, conserva. Pingua nostratia solum recenter expressa, exotica vero nunquam, si vetusta nimis comparent, emas et in lagemis vitreis subere clausis eodem calore, nunquam vero loco frigido, in quo coire possent, serves.

Radices, dum succo scatent, nunquam vero, nisi quae in specie lignae quaerendae sunt, nimis fibroso-

tenace
bus gu
ennes
thesin
lectu
libusq
pore q
neque
nisi in
tis sic
jussun
crassit
calore
aperto
servar
tempe
cas in
S
super
non c
rancio
corre
S
mulis
partiu
A
Juss.
sumn
spont
gypto
S
Gum
bique
tunda
siccae
splen
fatui
biae
S
O. K
si ref
las;

tenaces aut lignescentes, lignosas vero ipsas solum partibus gummosis resinosis extractivis imbutas collige. Biennes initio veris, illis secundi, ante foliationem aut anthesin huic forsan praeviam effodiantur. Urgente defectu sub finem autumnii aetatis suae primi, foliis caulibusque marcescentibus, atque perennes hoc ipso tempore quaerere licet. Lotione brevi, qua vires illis detrahi nequeant, munda, fibris fibrillis et frondium residuis, nisi in specie defensum sit; ac trunci primordiis resectis sicca. Epidermidem aut et corticem nunquam, nisi jussum sit, illis detrahas. Minores integrae; longae, et crassiores longitudinaliter fissae aut oblique discissae calore 40° non exsuperante locoque aëris transitui sat aperto repansae siccandae sunt, ac loco imprimis sicco servandae. Quas succulentas servare oportet, sabulo in temperatura cellae inmitte. Aromaticas, acres, narcoticas in vitris probe tectura clausis conserva.

Semina matura in genere collige et nucleo vacua super cribris agitando a plenis separa; venalia vero non oportet siccare. Nimio calore nucleis obfuscata, rancida aut effoeta non emas, et ultima aut rancore correpta debito tempore rejice.

Stipites in officinis sic dictas, id est caules cum ramulis, vere aut urgente inopia autumnio reseca atque partium lignosarum instar tracta.

ACACIA Cl. XXIII. O. Monoecia. Leguminosae Juss. *A. arabica* Willd. Species Acaciae verae et arabicae summe affinis, Aegypto, Arabiae et Indiis orientalibus spontanea, et *A. vera* Willd., *Mimosa nilotica* Lin., Aegypto, Arabiae et Aethiopiae inquilina.

Succus gummosus e cortice stillans, sole siccatus. Gummi arabicum O. Arabisches Gummi. Gomme arabique. Gomma arabica. Glebulae vel difformes vel rotundatae, quae sint fere incolores, diaphanae, rugosae, siccae, tritae albae; fragiles fractura anguloso-granulosa, splendore vitreo multifariam reflexo; inodora, saporis fatui mucilaginosi; in pauca Aqua totae solubiles.

A. Senegal Willd. arbor magnas sylvas Senegambiae constituens.

Succus similis pari modo obtentus. *Gummi Senegal* O. Kahirae Gummi Tör vocatum, priori substituendum, si refert glebulas difformi-angulosas; albido-flaviusculas; Gummi arabico duriores; fragiles fractura con-

choidea, lucem simpliciter reflectente splendida. Non licet autem adhibere, quod Gummi commune Kahirae dictum, eorsum trans isthum Heliopolitanum advehitur, rubicundum, griseo-brunneum, turbidum, minusque in Aqua solubile. Speciem Gummi Senegal ab *A. gummifera* Willd. in Africae borealis littore occidentali proveniente, rufescentem, sordidam; in Aqua non sat solubilem, solutione, addito Siliceate Potassae liquido sedimentum album floccosum abunde emittente, adhibere defenditur.

ACETUM CRUDUM. O. Roher Essig. Vinaigre cru. Aceto crudo.

Liquidum e corporibus Alcohol, Saccharum aut Mucosaccharum tenentibus fermentatione acida obtentum. Sit colore Vino acidulo simile; penitus pellucidum, odoris acidi grati; saporis paris insignis. Viginti partes ejus partem unam Subcarbonatis Potassae saturant, et liquor saturatus saporis sit pure salini, nequam acris urentis. Tentatum Nitrato Barytae liquido et Nitrato Argenti liquido nullum tenorem Acidi sulphurici seu Acidi muriatici monstret. A tenore metallico libereum sit, nec addito Alchhole Gallarum sedimentum floccosum edat.

ACHILLEA. Cl. XIX. O. Superflua. Corymbiferae Juss. Receptaculum paleaceum. Pappus nullus. Calyx ovatus, imbricatus. Flosculi radii circiter quatuor. *A. Millefolium* L. foliis bipinnatis glabriusculis, pinnarum laciniis linearibus dentatis. Millefolium O. Schafgarbe. Millefeuille. Millefoglio. Perennis Europae uti Americae borealis in solo pratensi sicco.

Folia et Summitates florentes seu Herba et Summitates O. Folia in caule erecto subangulato lanuginoso superne ramoso sessilia; radicalia petiolata, duplicatopinnata, pinnulis obovatis oppositis incisissimis, lobulis, acutis; supra minutim pubescentia, subtus lanuginosa; odoris debilis aromatici; saporis similis fortioris amari herbacei subausteri. Flores albi, rarius rosei, corymbosi; odoris aromatici illi florum Matricariae Chamomillae non alieni; saporis balsamici amari subacris. Folia collige ante caulium formationem, flores vero evolutos.

ACONITUM Eisenhut, Sturmhut. Aconit. Aconito Cl. XIII. O. Trigynia. Ranunculaceae Juss. Calyx coloratus, petaloideus pentaphyllus; foliolo superiore

conco-
cucur-
guifera

bus g-
drac-
tis, p-
super-
septe-
alpin-
Mön

O., i-
minu-
ridia-
herba-
do p-

lii,
racer-
tibus
parti-
alpin-
tum.

Stoer-
bus g-
boso-
petio-
terali-
nis in
mani-
marc-

lycin-
mo,
tiolu-
ribus
sturn-

dix c-
nuda
mus

Non
irac
ehi-
nus-
s A.
den-
non
qui-
ad-

con cavo galeato. Petala plura, quorum duo superiora cucullata longissime unguiculata, inferiora minima unguiformia. Capsulae tres ad quinque, polyspermae.

A. vulgare Decandollii, A Napellus Lin., ovariis tribus glabris, alis calycinis intus hirsutis, racemo cylindraceo elongato, foliis ad petiolum usque quinquepartitis, partitionibus incisissimis in lobo lineares acutos, sulco superne exaratos. Planta perennis Americae et Europae septentrionalis ac ultimae australioris in alpinis et subalpinis. Aconitum seu Napellus O. Blauer Eisenhut, Mönchskappe. Aconit Napel, Napel, Napello.

igre
aut
ten-
um,
rtes
t li-
cris
Ar-
cidi
nec
dat.

Folia ante anthesin de spontaneo carpenda. Herba O., uti sequentium in caulibus erectis teretibus, plus minus conferta, glabriuscula, nitida; superne saturate viridia, subtus pallidiora; recentia inprimis trita odore herbaceo ingrato fortiori; sapore herbaceo-acri, siccando parum imminuto. Aequae valent:

A. neubergense Decandollii, A. neomontanum Koelii, ovariis tribus glabris, alis calycinis intus pilosis, racemo cylindraceo elongato laxo, pedicellis pubescentibus subpatulis; foliis ad petiolum fere quinquepartitis, partitionibus cuneatis inciso-trifidis. Perennis in subalpinis Europae temperatae, praecipue Norici et Sudentum. Neuberger Eisenhut.

erae
alyx
A.
rum
che.
icae

A. paniculatum Decandollii, pro A. Napello a Stoerckio habitum, an A. Cammarum Lin.? ovariis tribus glabris, alis calycinis intus glabris, racemo corymboso, pedicellis pubescentibus, galea convexa, foliis ad petiolum usque tripartitis, segmentis basi cuneatis, lateralibus bipartitis, laciniis inciso-pinnatifidis. Perennis in alpinis et subalpinis Norici ac hinc inde in Germania reliqua, uti in Franconia. Giftiger Sturmhut. Camaron. Aconito grande.

im-
oso
ato-
cu-
odo-
nari
osi;
llae
col-
s.

A. tauricum Willd., ovariis tribus glabris, alis calycinis glabris, racemo cylindrico elongato confertissimo, pedicellis glabris bractea brevioribus, foliis ad petiolum usque quinquepartitis subpedatis, lobis linearibus. In Alpinis Europae temperatae. Blauer Bergsturmhut. Omnia ut venefica servanda.

co-
lyx
ore

ACORUS Cl. VI. O. Mongynia. Typhae Juss. Spadix cylindricus, tectus flosculis. Corollae hexapetalae, nuda. Stylus nullus. Capsula trilocularis. *A. Calamus* Lin. Scapi mucrone longissimo foliaceo. Varietas

nostra vulgaris dicta. Calamus aromaticus O. Calmus. Acore odorant. Calamo aromatico. Planta perennis Europae ac Indiarum orientalium palustris.

Radix repens, teres, longa; ab uno ad duos pollices crassa; subcompressa, subramosa, geniculata, geniculis vaginatis squama fusca, annulatis; genicula inter flexuosa obsita in superficie inferiori fibrillis sparsis albis filiformibus; epidermide recentis olivacea, siccae brunnescente; parenchymate vegetae spongiosocarnoso minutius poroso, siccatae arinoso-fibroso fragili; medulla ovali punctis ferrugineis picta; odore grato; recentis balsamico; sapore aromatico, fauces longe velicante, amariusculo. Collige ante foliationem et fibrillas reseca.

AESCULUS Cl. VII. O. Monogynia. Acera Juss. Calyx monophyllus, quadri-vel quinque-dentatus, ventricosus. Corolla sex-vel pentapetala, inaequaliter colorata, calyci inserta. Capsula trilocularis. *A. Hippocastanum* Lin. foliis digitatis septenis, corollis pentapetalis patulis. Arbor Asiae imprimis Persiae borealis, nobis culta. Hippocastanum O. Rofskastanie. Marronier d'Inde, Ippocastano, Castagnó d'Indie.

Cortex ramulorum, Cortex O. non ultra duas usque tres lineas crassus; epidermide griseo-aut rufobrunnea; parenchymate in recenti albido-flavo, in sicco brunnescente aut rubiginoso, sat fragili; inodorus; sapore valde styptico amaro. Collige ante foliationem et alburnum deme.

AGROPYRUM. Cl. III. O. Digynia. Gramina Juss. Calyx tri-ad novemflorus; valvulae acutae, flosculis breviores, integrae. Corollae valvula inferior integra, quandoque subdentata, apice setigera, seta interdum brevissima; superior emarginata aut bifida. Semen corticatum, sulcatum. Spica composita, rachi articulato-dentata, locustis subsessilibus. *A. repens* Palisotii, Triticum repens Lin., radice repente alba articulata sobolifera. Perennis in Europae pratis et in cultis luxurians. Gramen O. Quecken-Weizen, Graswurzel. Chiendent, Chiendent des Boutiques. Gramigna.

Radix praelonga, teres; culmum stramineum fere crassa; articulata; emittens fibras capillares; fistulosa; epidermide albida glabra; parenchymate albo; odore cereali; sapore grato debili dulci, sicca inspidior. Vere

optim
do, e

Corol
mina
beri
dis,
caule
baria
lapid
Germ

scend
suti;
ciniis
res o
ciniis
cylind
venis
samie
acri
dente

Wein

I
dicta,
bus p
subst
tate s
ris et
a sub
getab
loco
gravi

Corol
conge
nifoli
pidat
Stark
radic
mjs s

optime, ceterum et autumnno colligenda, siccata cribrando, et dein in alveolo jactando rite purganda.

AJUGA Cl. XIV. O. Gymnospermia. Labiatae Juss. Corollae labium superius minimum, bidentatum. Stamina labio superiore longiora. *A. Chamaepitys* Schreberi et Willd. *Teucrium Chamaepitys* Lin., foliis trifidis, floribus axillaribus solitarijs folio brevioribus, caule diffuso. Annuæ Americae temperatae, Orientis, Barbariae et Europae temperatae ac australis in arenoso-lapidosis. *Chamaepitys* O. Acker-Ginsel, Feldcypresse. *Germandrée ivette*, *Ivette*. *Camepizio*, *Iva moscata*.

Herba florida, *Herba* O. caules plures diffusi ascendentes tetragoni, pilis albis in spontanea magis hirsuti; rami oppositi; folia opposita sessilia linearia, laciniis linearibus obtusiusculis integerrimis pilosis; flores oppositi subsessiles, calyce ovato quinquefilio, laciniis lineari-lanceolatis, corolla flavescente, tubo cylindrico pubescente calyce longiore, labio superiore venis caeruleis picto; recens herba odore forti balsamico-resinoso. *Pinum sylvestrem* aemulante et sapore acri amaro austero aromatico, in *Rosmarinum* incidente; sicca odore debili ac sapore minus aromatico.

ALCOHOL VENALE. Spiritus Vini O. Alcohol, Weingeist. Alcohol. Alcoole.

Liquidum fermentatione alcoholica, secus vinosa dicta, e substantiis saccharinis et amylaceis vegetabilibus productum. Pro indole corporum fermentatorum, substantiis casu assumtis et tenore aquoso colore, gravitate specifica, odore et sapore varium, sit incolor; odoris et saporis proprii; Aqua levius; inflammatu facile; a substantiis alienis liberum; inde adjecto Carbone vegetabili praeparato destillatum tales non prodat. Venale loco Alcoholis et Alcoholis diluti adhibendum sit ultra gravitatis specificae pro hisce praescriptae.

ALLIUM Cl. VI. O. Monogynia. Asphodeli Juss. Corolla sexpartita, patens. Spatha multiflora. Umbella congesta. Capsula supera. *A. sativum* Lin., caule planifolio bulbifero, bulbo composito, staminibus tricuspidadis. Planta perennis Siciliae, nobis culta. *Allium* O. Starkriechendes Lauch, Knoblauch. Ail. Allio, Aglio.

Bulbus recens, *Radix* O., subrotundus, fibris tenuibus radicans; epidermide alba chartacea; bulbulis plurimis subaequalibus solidis oblongis acutis incurvis; pa-

renchymate albo carnoso, scatente succo mucilaginoso limpidissimo, ingrante graveolente, nares feriente, subdulci acri. In sabulo servandus.

ALOE Cl. VI. O. Monogynia. Asphodeli Juss. Huius generis species plurimae sunt capenses, aliae Indiarum orientalium, ac in Europa australi coluntur. *A. arborescens* Decandollii, species *A. succotrinae* valde affinis, capensis; *A. Commelini* Willd. etiam capensis. Hae duae species Aloen lucidam largiuntur. *A. elongata* Murr., quae solum Aloen hepaticam praebet. *A. mitraeformis* seu spicata Lin. pariter capensis, ex qua praecipue Aloe lucida provenit. *A. succotrina* Lamarecii Arabiae et Indiis orientalibus indigena, de qua Aloe socotrina (Socotrah'sche Aloe) obtinetur. De *A. vulgari* Europae australis et Archipelagi ac Insulae Barbadoes solum Aloe hepatica lucratur.

Succus inspissatus foliorum dictarum specierum gummi resinosus. Aloe lucida O. Glänzende Aloe. Aloes socotrin. Aloe lucida. Venalis in frustis, quae sint e viridi et rufo fusca; splendoris piceo lucidi insignis; in laminis tenuibus colore flavo brunnescente diaphana, ponderosa, compacta; friabilia tritura aurea; calore temperato fragilia fractura conchoidea; calefacta ductilia; odoris graviusculi balsamici proprii; saporis amarissimi nauseosi; in Aqua ex parte, in Alcohole diluto fere tota solubilia. Serva uti etiam pulveratam in vitris bene clausis. Haec Aloe Socotrinam obscure brunneo-rubram, triturae obscure flavae, leviolem, odoris myrrhini superfluam reddit.

ALPINIA Cl. I. O. Monogynia. Scitaminea Juss. *A. Galanga* Roscoaei. Maranta Galanga Lin., perennis Asiae, inprimis Indiarum orientalium et Insularum moluccarum.

Radix. Radix Galangae O. Galgantwurzel. Racine de Galanga. Galanga. Nobis in frusta, rarius plus quam pollicaria, discissa venalis, plerumque dimidium vix integrum pollicem crassa; recens nodosa, sicca subteres; ramosa; epidermide rufa; in sicca oblonge minutim rugosa; transversim inaequaliter fimbriato-annulata fimbriis lucidioribus anguloso-flexuosis; cortice rufo; parenchymate in sicca carnoso-fibroso solido, intertexto vasis setosis; medulla obscurius tineta; discissa odoris fortis subterebinthinacei ingrati; saporis aromatici fer-

vidi.
aetate
A
Calyx
plurim
mento
ta pe
horte
F
interi
quinq
tis, st
poris
F
quene
super
tomer
F
desce
et ult
alben
paren
amyli
nulo
brevi
mate
A
angul
va ar
Trem
F
mono
fido, i
(saepi
color
inodo
evolu
A
Juss. C
nuce
turis
Varie
cultu

vidi. Huius radices species minores et majores dictae aetate solum differe videntur. Serva in vitris clausis.

ALTHAEA Cl. XVI. O. Polyandria. Malvaceae Juss. Calyx duplex, exterior sex-vel novemfidus, Capsulae plurimae, monospermae. *A. Officinalis* Lin., foliis tomentosis oblongo-ovatis obsolete trilobis dentatis. Planta perennis Europae temperatae in solo argillaceo, ac hortensis. Althaea O. Eibisch. Guimauve. Altea.

Flores calyce exteriori monophyllo tomentoso; interiori campanulato intus glabro; corolla petalis quinque incarnatis unguiculatis obcordatis emarginatis, striatis venis parallelis apice ramosis; inodori; saporis herbacei mucilaginosi. Explicati carpenti.

Folia alterna, petiolata, inaequaliter serrata, quinquenervia; inferioria cordato-rotundato-quinqueloba; superiora oblongo-ovata subtriloba; utraque cinereo-tomentosa. Ante anthesin colligenda.

Radix versus caulem ramosa, ramis e rhizomate descentibus simplicibus, teretibus, calamum scriptorium et ultra crassis; epidermide subgriseo aut flaviusculo albente, transversim subrugosa; odoris debilis proprii; parenchymate subcarnoso albo, oculo armato cellulas amyli granulis farctas monstrante; medulla cincta annulo incarnato; saporis fatui valde mucilaginosi. Aut brevi ante, aut mox post hyemem effodienda et, rhizomate ac epidermide demtis, siccanda.

A. rosea Cavanillesii, foliis quinque-vel septemlobangulatis. Planta biennis Orientis, nobis hortensis. Malva arborea seu hortensis O. Pappelrose, Alcée, Rose-Tremière. Alcea.

Petala. Flores O., qui instructi sunt calyce utroque monophyllo tomentoso, hirta, exteriori profunde sexfido, interiori longiori quinquefido; corolla pentapetala (saepius pleni) atro-fusca seu purpurea, in culta varie colorata, petalis imbricatis obovatis latis subtruncatis, inodori, saporis mucilaginosi subadstringentis. Tota evoluta colligenda.

AMYGDALUS. Cl. XII. O. Monogynia. Rosaceae Juss. Calyx quinquefidus inferus. Petala quinque. Drupa nucis poris perforata. *A. communis* Lin., foliorum serraturis infimis glandulosis, floribus sessilibus geminis. *Varietates* fructu minori amaro et majori dulci. Arbor culta in Oriente, Barbaria et Europa australi.

Nuclei utriusque, *Amygdalae amarae et dulces* O. Bittere und süsse Mandeln. *Amandes amères et douces*. Mandole amare e dolce. In nuce ossea ovata latere utrinque compressa poris plurimis pertusa, ovati, hinc acuti, compresso-planiusculi; epidermide ferrugineo-brunnea scabra sulcato-striata; parenchymate niveo firmo; saporis e dulci amari acris laurocerasini; contusi odoris grati narcotici dulcis; saporis dulcis pinguiusculi mucilaginosi, Sint integri. Serva loco sicco.

AMYRIS. Cl. VIII. O. Monogynia. Terebinthinaeae Juss. *A. clemifera* Lin. Arbor Americae tropicae aliaeque ejus species.

Resina corticis incisi, sole indurata. Resina, Gummi Elemi O. Oelbaum- oder Elemi-Harz. Resine Elémi. Elemi. Frusta difformia, quae sint citrini aut sulphurei coloris; diaphana; porosa vel compactiora; fragilia fractura festucoso-radiata fragminibus inaequalibus, splendoris resinoso-vitrei; trita albicantia; tactu resinosa, tenacia, calore manuum emollienda, tum ductilia; odoris graviusculi therebinthinacei; saporis paris, longius amarorem in lingua relinquentis; in Alchhole tota solubilia solutione citrina. Occurunt frusta partim tabulata, quae igne liquata videntur. Serva in vasis e laminis ferreis aut in scriniis.

A ceylanica Retzii, arbor Indiarum orientalium partem Resinam nobis non venalem largitur.

ANEMONE Cl. XIII. O. Polygynia. Ranunculaceae Juss. Calyx nullus. Petala sex usque novem. Semina plura, caudata aut ecaudata. *A. pratensis* Lin. Pulsatilla nigricans Stoerckio. Foliis pinnato-sectis, segmentis multipartitis, lobis linearibus, flore pendulo, petalis sex erectis apice reflexis. Planta perennis Europae borealis et temperatae in collibus apricis et campis sylvestribus aridis. Pulsatilla nigricans O. Schwarze Kuchenschelle. Pulsatille, Coquelourde. Pulsatilla.

Herba subflorida. Folia radicalia petiolata; pinnatifida pinnulis multipartitis, laciniis linearibus acutis, superioribus integris, inferioribus laciniato-partitis; pilosiuscula; caulina in caule erecto subsimplici pubescenti sessilia palmato-pinnata, laciniis integris vel laciniatodentatis; flores terminales solitarii, nigro-violacei, extus albo-villosi, penduli; petalis angustioribus et acu-

tioribus quam in *A. pulsatilla*. Serva in vitris clausis, uti venefica.

ANGELICA Cl. V. O. Digynia. Umbelliferae Juss. Fructus subcompressi; costis tribus acutis alatis, valliculis sulcatis, margine membranaceo. Involucrum nullum. *A. Archangelica* Lin., caule glabro tereti striato, foliis bipinnatis, foliolis subcordatis lobatis argute serratis, extremo trilobo, vaginis laxis, floribus viridi-luteis. Planta biennis Europae praesertim borealis in subalpinis et alpinis. Angelica O. Angelika. Angeliq. Angelica.

Radix fusiformis; pollicem et ultra crassa; fibrosa fibris crassis difformibus varie rugosis; epidermide cinereo-lutescente; parenchymate in recenti flaviusculo carnosio, vasis intra corticem in anulum digestis, dissectis succum glutinosum mellei coloris stillantibus; medulla albidiore, radiata striis fuscis, in sicca subspongiosa, puncta splendida de succo memorato inspissato exhibente; odore penetrante aromatico, quasi cereo, grato; sapore primum dulciusculo, dein aromatico-acri. Collige primo vere et serva in vitris clausis.

ANTHEMIS. Cl. XIX. O. Polygamia superflua. Corymbiferae Juss. Receptaculum paleaceum. Pappus nullus, seu margo membranaceus. Calyx hemisphaericus, subaequalis. Flosculi radii plures quam quinque. *A. nobilis* Lin., foliis bipinnatis, foliolis tripartitis linearisubulatis subvillosis, caule basi ramoso. Planta perennis Europae australis, nobis passim culta.

Flores pedunculati compositi radiati; calyce communi hemisphaerico, minutim lanuginoso, sulcato, imbricato squamis linearibus adpressis; flosculis disciluteis infundibuliformibus, ore crenatis, grate fragrantibus; sapore aromatico calidiusculo amarescenti; flosculis radii numerosis albis ligulatis linearibus obtusis, crena duplici emarginatis, patentibus brevibus, odore herbaceo, fere insipidis. Nuper evoluti colligendi plenis rejectis.

A. Pyrethrum Lin. foliis triplicato-pinnatis, foliolis linearibus, caule decumbente, ramis axillaribus unifloris. Planta perennis Europae australis, Africae borealis et Asiae in sylvis montosis, nobis culta. *Pyrethrum* seu *Pyrethrum verum* O. Bertram. *Pyrethre*. Piretro.

Radix subteres, rhizomate brevi; inaequaliter inciso-sulcata; vix digitum crassa, ast ultra longa; sicca durissima; epidermide griseo-lutea varie rugosa; cortice flavo-brunneo, in sicca punctis rufis notato; medulla subflava concentrice lamellosa, punctis similibus in annulos concentricos digestis splendens; inodora; sapore acerrimo fervido persistente, inprimis cortici proprio. Vere colligenda.

ANTIRRHINUM. Cl. XIV. O. Angiospermia. Scrophulariae Juss. Calyx pentaphyllus. Corollae basis deorsum prominens, nectarifera, faux palato bipartito convexo clausa. Capsula bilocularis. *A. Linaria* Lin., foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, floribus imbricatis. Planta perennis Europae ad vias et in ruderalis. *Linaria* O. Gemeines Leinkraut. Linaire. *Linaria*.

Herba florida. Folia in caule glabro folioso superne ramoso et in ramis sparsis paniculatis erectis sessilia, acuta, integerrima, glabra; sursum laete viridia, subtus pallidiora; recentia odoris ingrati suburinosi, siccata inodora; utraque saporis herbacei amaricantis. Flores odore et sapore pari modo se habent. Adhibe recentem.

APIUM. Cl. V. O. Digynia. Umbelliferae Juss. Involucra nulla. Fructus ovatus solidus, costis quinque obtusiusculis, valleculis rapheque planis. *A. Petroselinum* Lin., caule ramoso angulato, foliis decompositis lucidis, foliolis inferioribus ovato-cuneatis trifido-dentatis, superioribus lanceolatis integriusculis, involucellis nullis. Europae australis planta biennis, inprimis insularis ad scaturigines. *Petroselinum* O. Petersilien-Eppich, Petersilie. Petersil. Presemolo.

Herba recens, Herba O. Folia radicalia primi anni petiolata pinnato-ternata, pinnis tripartitis, foliolis cuneiformibus trifidis incisis; secundi anni duplicatopinnata, pinnis pinnatifidis, laciniis linearibus; caulina alterna, inferiora longius petiolata duplicatopinnata, superiora vaginis petiolata biternata, foliolis laciniisque linearibus; omnia nitida, glabra; odore grato fragrantia; sapore pari. Ante anthesin carpenda.

Radix recens fusiformis; epidermide alba obiter annulata; cortice externe albidiore, interne obsolete striato-radiato; parenchymate albo carnosio; medulla

orbicu
Vere

A
lyx q
quinq
locula
foliis
Bouss
virens

F
viter
glabra
venuli
sicca i
anthes

A
rocepl
sus;sq
A. Ba
incani
tertext
Barda
tis et

R
parce
aequa
noso,
cortici
culi. V

A
tus su
Gemei
ricae s

R
O. Bar

A
A. Cal

E
Willd.
orient
Terra
Terra

orbiculata; odore aromatico; sapore pari dulci subacri. Vere colligenda.

ARBUTUS. Cl. X. O. Monogynia. Ericae Juss. Calyx quinque-partitus. Corolla globosa aut ovata, ore quinqueloba, revoluta, basi pellucida. Bacca quinquelocularis. *A. Uva Ursi* Lin., caulibus procumbentibus, foliis integerrimis. Uva Ursi O. Sandbeere. Bärentraube. Bousserole, Resin d'Ours. Uva orsina. Fruticulus semper-virens Europae et Americae borealis.

Folia in caule fruticoso fuscescente sparsa, breviter petiolata, obovalia, obtusa, duriuscula, utrinque glabra, lucida; supra rugosa, subtus venuloso-subrugosa venulis subdiaphanis; recentia odoris balsamici debilis, sicca inodora; utraque saporis balsamico-styptici. Ante anthesin legenda.

ARCTIUM. Cl. XIX. O. Polygamia aequalis. Cinarocephalae Juss. Receptaculum paleaceum. Calyx globosus; squamis apice hamo inflexis. Pappus pinnato-setosus. *A. Bardana* foliis cordatis denticulatis subtus lanatis, incanis, floribus corymbosis, calycibus lanatis pilis intertextis. Filzige oder Waldklette. Bardane, Glouteron. Bardana. Planta biennis Europae ad vias in locis incul-tis et in lucis.

Radix descendens, subcylindrica, quidquam ramosa, parce fibrosa; epidermide brunneo-fusca, in sicca inaequaliter rugosa; parenchymate albo, in recenti car-noso, in sicca squamoso; odore debili ingrato; sapore corticis subsalso, parenchymatis mucilaginosi dulcius-culi. Vere colligenda.

A. Lappa. Lin. foliis cordatis argute serratis sub-tus subincanis, floribus corymbosis, calycibus glabris. Gemeine oder Rofsklette. In Europae et borealis Ame-ricae solo pari ut *A. Bardana*.

Radix illi prioris similis et promiscue cum illa in *O. Bardanae* radice nomine obveniens atque adhibenda.

ARECA. Cl. XXI. O. Monadelphia. Palmae Juss.

A. Catechu. Batavis Pinang dicta.
Extractum aquosum ejus atque Acaciae Catechu Willd., aliarumque Acaciae specierum, arborum Indiarum orientalium e fructibus et ligno paratum. Succus seu Terra Catechu vel Terra japonica O. Catechu, Cachou. Terra Catu.

Referat frusta difformia, bruneo-fusca, arida, compacta; fragilia fractura nitida lamellosa; percursa striis pallidioribus; aspera, inodora; saporis non ingrati austeri subamari, tandem dulcescentis. Linguae non adhaereant, in Aqua fervida vix non tota solvantur, solutione filtrata et refrigerata sedimentum album stellato-crystallinum abunde deponente, et addito Muriate Oxidi Ferri liquido praecipitatum viride emittente. In Alcohole diluto fere integre solvantur.

ARISTOLOCHIA. Cl. XX. O. Hexandria. Aristolochiae Juss. *A. Serpentaria* Lin. Planta perennis Americae borealis. *Serpentaria Virginiana* O. Virginische-Schlangenwurzel. *Serpentaire de Virginie*. *Serpentaria virginiana*.

Radix rhizomate brevi praemorso; fibrosa fibris copiosissimis, tres pollices et ultra longis, filiformibus flexuosis, sibi intricatis, fragilibus; fibrillis crispis flexilibus; epidermide gilvo- aut brunneo-virente; parenchymate albo-flaviusculo; medulla ferruginea; tota odoris penetrantis camphorati terebinthinacei, et simul Valerianae non alieni; saporis aromatici calefacientis subamari subacris. In vitris probe clausis servanda.

ARNICA. Cl. XIX. O. Polygamia superflua. Corymbiferae Juss. Receptaculum nudum. Pappus simplex. Calyx foliolis aequalibus. Corollulae radii saepe filamentis quinque absque antheris. *A. montana* Lin., foliis ovatis integris, caulinis geminis oppositis. Planta perennis Europae borealis et temperatae in subalpinorum pratis praecipue sylvaticis. *Arnica* O. Falkkraut, Wohlverlei. *Arnique de montagne ou des boutiques*. *Arnica montana*.

Flores solitarii, terminales, erecti, aurei, calycis squamulis brevioribus apice purpureis; odore ingrato; fricati sternutationem moventes; sapore amaro acri nauseoso. Recens evoluti carpendi et a calycibus liberandi. Flosculos nunquam emas.

Folia. Herba *Arnicae* O., basilaria in caule subsimplici oblonga, ovato-lanceolata, obtusiuscula, utrinque hirta; superne obscure virentia, subtus pallidiora, trinervia, venosa; odore debili, nisi trita; sapore quidquam acri, amaro. Ante anthesin colligenda.

Radix simplex, teres, vix calamum scriptorium crassa, fibrillosa, fibrillis e latere inferiori radice emer-

gentil
nigre
sordid
gestis
riente
Inula
da. O

A
rymb
nullu
bus.
caule
bus p
sphae
cultus
Abrot

I
ridia;
gatis
ramea

S
tibus;
amari

A
tus in
lanceo
oribus
ralibu
culati
tim h

grand
F
F
S
culati

A
riae,
que A
et Ta

O. Zi
Grain

gentibus filiformibus hac longioribus; epidermide fusconigrescente, striis aspera; cortice flavo; parenchymate sordide albo sublignoso, setis vasorum in circulum digestis percurso; odore acriusculo, contusae nares feriente; sapore acri, amaricante subaustero, illi radices Inulae Helenii non absimili. Post foliationem effodienda. Omnes has partes solum de monticola repete.

ARTEMISIA. Cl. XIX. O. Polygamia superflua. Corymbiferae Juss. Receptaculum subvillosum. Pappus nullus. Calyx imbricatus; squamis rotundatis conniventibus. Corollulae radii nullae. *A. Abrotanum* L. frutescens, caule stricto, foliolis inferioribus bipinnatis, superioribus pinnatis, capillaceis, calycibus pubescentibus hemisphaericis. Suffrutex Europae australis, nobis in hortis cultus. Abrotanum O. Stabwurz. Aurore, Citronelle. Abrotano.

Plantae floridae Summitates et folia. Herba O.

Folia sparsa, petiolata, subpubescentia, pallide viridica; inferiora bipinnata, laciniis lineari-angustis elongatis obtusis, supra bisulcatis, subtus obsolete carinatis; ramea simpliciter pinnata longius petiolata.

Summitates floribus racemosis subrotundis nutantibus; uti folia odore graviusculo citreo; sapore eodem amaricante.

A. Absinthium foliis tomento tenui praesertim subtus incanis; radicalibus triplicato-pinnatifidis, laciniis lanceolatis; caulinis inferioribus bipinnatifidis, superioribus pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutiusculis; floralibus indivisis lanceolatis; floribus globosis, pedunculatis, nutantibus. Suffrutex Europae in ruderatis, partim hortensis. Absinthium O. Wermuth. Absinthe, grande Absinthe. Assenzio Romano.

Folia et Summitates floridae. Herba O.

Folia colligenda ante anthesin.

Summitates, floribus subracemosis villosis pedunculatis pendulis flavis. Sub antheseos initio carpendae.

Artemisia Contra et *A. judaica*. Asiae minori, Syriae, Arabiae, Persiae ac Tatariae spontanea, ultima aequae Africae boreali inquilina, ac *A. Santonica*, Persiae et Tatariae spontanea.

Anthodia. Semen Cinae, Contra aut Santonici O. Zittwer- oder Wurmsaame. Sementine, Barbotine, Grain de Zedoaire. Seme santo. Capitula subaggregata

calycibus nondum expansis parvis laevibus viridulis, imbricatis squamis ovatis obtusis concavis; oblonga aut oblongo-ovata; mixta squamis calycinis, pedunculis parvis tenuibus, frustis ramulorum, foliis subulatis obtusis, undique compressis carinatis viridulis, seminibus parvis oblongis flaviusculo-virentibus vel canescentibus glabris; odoris penetrantis nauseosi, illi Zedoariae radice non alieni; saporis nauseosi amari acriusculi. Halepensis dicta, id est orientalia, purissima et optima, Africana vero multis pedunculis et petiolis mixta effoeta, et quae de Artemisia palmata Lamarccii in Gallia meridionali carpuntur, non adhibenda sunt. Depura a petiolis, pedunculis et seminibus et serva in vitris clausis.

ASTRAGALUS Cl. XVII. O. Decandria. Leguminosae Juss. *A. aristatus* Heriterii et Willd., *A. creticus* Lamarccii. Bocksborn, Tragantstrauch *A. verus* Oliverii. Frutices Graeciae et Asiae minoris.

Succus gummosus, principio proprio Tragacanthae dicto nuptus, e cortice truncorum ramorumque crassiorum stillans ac aëre induratus. Gummi Tragacanthae. O. Traganth. Gomme Adragant. Gomma Tragante, Tragacante. Frustula aut oblonga flexuosa intorta complanata vermiformia, aut in grumos conglutinata; albida (Trag. electa O.), tractu temporis flavescens vel cinerascens; subpellucida; cornei aspectus; levia, dura; fragilia fractura splendida; inodora; saporis fatui mucilaginosi; in Aqua summe turgentia; tarde solubilia in mucilaginem gelatinae similem, remanente materia alba propria.

Astragalus Arnacanthae Bibersteinii et *A. gummi-fer* Labillardierii et Willd. solum vile gummi rubicundum aut brunneum sauciati largiuntur, quale etiam ex Tragacantha Lin. nec quidem sponte stillat.

* *A. exscapus* Lin. et O. Schaftloser Traganthstrauch, Zwergbocksborn. Astragale sans tige. Astragalo senza ganiba. Frutex humilis Orientis, Europae temperatae et australis in collibus calcareis.

Radix fusiformis; digitum minimum circiter crassa; ab una alterave spithama ad quatuor pedes longa; apice divisa; hinc inde tumidula; epidermide obscure brunnea tenui; cortice flaviusculo-albo fibroso; parenchymate lignoso; inodora; sapore sub-

auster
radice
ligend

*
Calyx
mites
Peren
à bala
R
mosa
agens
memb
dermi
so; i
Vere

A
Coroll
bilocu
ovatis
monte
Bellad

F
gemin
viridi
odoris
thesin

R
crassa
recent
nea;
to; pa
pallid
sapor
da et,

A
lycis v
culis
dorso
A. sat
floscul
Variet
Gemei
noir.

austero amariuscule mucilaginoso ac eo decocti aquosi radicum Dulcamaræ et Liquiritiæ simili. Vere colligenda.

* ARUNDO Cl. III. O. Digynia. Gramineæ Juss. Calyx bivalvis. Flosculi congesti, lana cincti. *A Phragmites* Lin. calycibus subquinquefloris, panicula laxa. Perennis in Europæ aquosis. Gemeines Rohr. Roseau à balais, R. commun, R. de marais. Canna palustre.

Radix perpendicularis, teres, digitum crassa, ramosa; geniculata, e geniculis fibras filiformes pallidas agens; stolonibus adscendentibus, similibus squamis membranaceis lanceolatis amplexicaulibus vestitis; epidermide testaceo-pallida; parenchymate albo spongioso; inodora; sapore fatuo dulciusculo-mucilaginoso. Vere effodienda.

ATROPA Cl. V. O. Monogynia. Solaneæ Juss. Corolla campanulata. Stamina distantia. Bacca globosa, bilocularis. *A. Belladonna* Lin. caule herbaceo, foliis ovatis integris. Perennis Europæ temperatæ in sylvis montosis. Belladonna O. Tollkirsche. Belladonne. Belladonna.

Folia, Herba O. In caule herbaceo ramoso alterna; gemina altero minore; petiolata, ovata, acuta, obscure viridia, glabriuscula, mollia; saporis subacris narcotici; odoris herbacei subnarcotici, trita nauseosi. Ante anthesin colligenda et in vitris clausis ut venefica servanda.

Radix teres; longa; unum usque plures pollices crassa; ramosa ramis fibras agentibus; epidermide in recenti sordide flava, in sicca sæpius rubello brunnea; cortice circiter lineam crasso albidiore succulento; parenchymate in recenti albicante carnosum, in sicca pallide flavo fibroso-spongioso fragili; fere inodora; saporis nauseoso-dulciusculi subausteri. Vere colligenda et, ut venenatior foliis, in vitris clausis servanda.

AVENA Cl. III. O. Digynia. Gramina Juss. Calycis valvulae membranaceæ, bi- ad septemfloræ, flosculis longiores, corollæ valvula inferior bilaciniata; dorso arista plicata tortili. Semen corticatum sulcatum. *A. sativa* Lin. panicula aequali, spiculis subbifloris, flosculis calyce minoribus basi nudis, altero aristato. Varietates semine albo et nigro. Annua Asiæ mediæ. Gemeiner Hafer, zahmer Hafer. Avoine cultivée blanche, noir. Vena volgare.

A. orientalis Willd. panicula secunda contracta, spiculis bifloris calyce minoribus, flosculo altero mutico. Annuæ Europæ orientalis. Türkischer, ungarischer, wälscher Hafer.

A. nuda Lin. panicula aequali, spiculis subtrifloris calycem excedentibus, flosculis basi nudis. Annuæ an Austriae et Tatariae? Nakter, tatarischer Grütz-Hafer. Avoine nue, A. d'hiver.

Omnes promiscue in O. et vulgo nomine Avenae, Hafer, Avoine, Vena, Avena insignitae.

Semina calycibus privata et ruditer contrita. Avena excorticata O. vulgo Grutum. Hafergrütze. Gruau. Non sint pulverulenta; recentia odoris farinosi mitis et coquendo multam mucilaginem largiantur. Serva loco aëri patente, nec nimis longe, utpote facile rancescentia.

BACTYRILOBIUM Cl. X. O. Monogynia, Leguminosae Juss. *B. Fistula* Willd., *Cassia Fistula* Lin., *Cathartocarpus Fistula* Persoonii. Arbor ambarum Indiae et Africae.

Legumen. Cassia seu Cassia Fistula O. Rohr- oder Purgier-Cassie Casse, Casse en bâtons. Cassia in bacelli; cylindricum, subfalcatum, tuberoso-subacuminatum; quo longius, crassius, gravius atque concussum minus sonorum, eo praestantius; sutura marginis concavi levissima, convexi obsoleta; epidermide fusconigra, transversim subrugosa; cortice fragili ligneo; multiloculare, dissepimentis transversalibus papyraceis, singulis utrinque obductis pulpa in recentibus consistentiae melleae splendente brunneo-fusca, odoris proprii dulciusculi, saporis dulcis, vix aciduli, neutiquam austeri, fovente semina subcordata utrinque plana castanea durissima.

BERBERIS Cl. VI. O. Monogynia. Berberides Jusf. Calyx hexaphyllus. Petala sex, ad ungues glandulis duabus. Stylus nullus. Bacca disperma. *B. vulgaris* Lin. racemis simplicibus pendulis, foliis obovatis ciliatodentatis. Frutex Orientis, Europae et Americae borealis in sylvis et locis elatis. Berberis O. Gemeine Berberitze. Epine-Vinette, Vinettier. Berbero, Crespino.

Baccae recentes, Fructus Berberis, Berberes O. cylindricae, utrinque obtusae; epidermide coccinea, primum pruinosa, glabra, nitida; parenchymate carnosum

succu
stero
plana

B

ma v

tus.

subco

pra in

datus.

trunc

bus O

P

lei icti

a pugi

tus co

auran

lenta,

odoris

gillace

quali.

difficu

dicti d

acris i

C

contur

tus O.

*

nogyn

tropica

planta

C

arbor

pro di

Angust

vius in

cem ae

tis; ep

strato

to; rel

interru

bra ter

rhabar

ri, tand

succulento sanguineo, intense ac grate acido, subaustero, fovente semina oblonga, hinc convexa inde plana, rugulosa.

BOLETUS. Cl. XXIV. O. Fungi. Juss. Pileus forma varius, tubulis vel poris teretibus integris instructus. *B. purgans* Personii. Boletus Laricis Jacquini, subconicus, suberoso-carnosus, laevis, inaequalis, supra incrementis convexis circulariter fimbriatus et gradatus. In Europae australis alpinis et subalpinis ad truncos et ramos vetustos Pini Laricis. Agaricus albus O. Lerchenschwamm. Agaric blanc. Agarico.

Parenchyma decorticatum, sole siccatum ac malei ictibus emollitum. Fungus recens est polymorphus; a pugni usque capitis infantilis magnitudine; dimidiatus cortice pilei albo, sed inprimis versus tubulos subaurantico, coriaceo crasso; carne nivea crassissima lenta, aetate in rudioem et friabilem farinam abeunte, odoris farinosi; tubulorum subaurantiacorum vel argillaceorum, tandem fuscescentium altitudine inaequali. Praeparatus sit levis; etsi friabilis; nilominus difficulter redigendus in pulverem candidum, odoris dicti debilioris, primum dulciusculi, postea amaricantis, acris nauseosi.

Cum Mucilage Gummi Tragacanthae in pulvem contunde, quam siccata pulvera (Agaricus praeparatus O.) et serya in vitris clausis a luce defensam.

* **BONPLANDIA TRIFOLIATA.** Cl. X. O. Monogynia. Quassiae Juss. Arbor Continentis Americae tropicae, inde ab Hispanis in insulam Trinitatis transplantata.

Cortex ab Angustura urbe, circa quam copiose arbor provenit, sic dictus, *verus* in O. cognominatus pro discrimine ab aliis eocum promiscue venalibus. Angustura-Rinde. Angusture vrai. Angustura vera. Obvius in segmentis brevioribus ratione latitudinis pollicem aequantis, subconcavis, nunquam in se convolutis; epidermide cinereo-albida, rugis minutis aspera; strato corticali externo tenui obscure brunneo compacto; reliquo fulvo-brunneo, minutissime punctis albis interrupte striato; superficie intima lucide brunnea glabra tenuiter fibrosa. Est fragilis; pulveratus coloris rhabarbarini; odoris quidquam aromatici; saporis amari, tandem acriusculi et humectatus obscure brunnescens.

Infusum ejus aquosum fervide paratum lucide e rubro brunnescit; a Decocto Ichthyocollae non turbatur; a Muriate Oxidi Ferri liquido saturatius rubet et post aliquod tempus sedimentum roseum demittit; a Subcarbonate Potassae liquido colore obscure rubro tingitur, deponens postea praecipitatum floccosum lucide citrinum. Addito Acetate Plumbi liquido amarorem suum perdit. Infusum ejus alcoholicum Aqua dilutum turbatur, edens sedimentum aspectus resinosi. Decoctum saturatum largiatur laete rubro-brunneum, quod refrigeratum turbatur, praecipitando sedimentum saturate flavum pulverulentum, nec saporem edat ingrante amarum.

Venditur species corticis *Angusturae planae* (Angusture plate) cognomine in segmentis planis, a priori differens parenchymate saturate flavo in rubrum vergente et fractura minus resinose nitente, inde parum aestimata, originis dubiae.

Nomine *Corticis Angusturae spuriae*. (Falsche Angustura. Angusture fausse ou ferrugineuse. Angustura falsa.) veniunt in O cortices cum primo promiscue, plerumque ex Indiis orientalibus advecti, incertae, forsitan variae, originis, Picrotoxino deleterii, et nullo modo recipiendi. Referunt sequentes characteres: Sunt frusta potius difformia, crassiora, magis convoluta; extus quasi verrucosa-leprosa, verrucis planioribus albis griseis, flaviusculis vel ferrugineis; fractu facillima in fragmina inpolita; in superficie interna nigrescentia; odore debili, pulveratorum illi Ipecacuanhae simili; sapore amarissimo nauseoso nec aromatico; masticata pallidescencia; pulverata exhibentia pollinem lucidius flaventem; Infusum eorum aquosum est sordide brunneum, addito Acetate Plumbi liquido amarorem adhuc retinet, a Muriate Oxidi Ferri liquido sedimentum ab initio virens, dein nigrescens demittit et instillato Subcarbonate Potassae liquido praecipitatum viridiusculum, tandem colore griseo-flavo fundum vasis occupans edit; infusum alcoholicum addita aqua non turbatur.

BOSWELLIA. Cl. X. O. Monogynia. Terebinthaceae Juss. *B. serrata* seu *thurifera* Roxburghii et *Colebroccii*? Arbor Arabiae et Indiarum orientalium.

Gumi-Resina sponte emanans. Olibanum O. Weihrauch. Encens. Olibano. Cum Larmarccio vix diffi-

tendu
lei, a
mas v
rosae
vix ni
haere
valde
bili co
bus ve
non l
flagre
fere a
rando
depon

Palma
B
san p
liter o
C. sa
India
orien
stillat
aut h
guis l
Sangu
lita;
tritur
sinose
et ori
storac
grans
vatur

C
Melia
praec
nae,
I
nella
met.
nella
Wint
majo

tendum est, eam ab Amyride Kafal seu Katal Forsko-
lei, arbore Arabiae felicis, provenire. Referat Lacry-
mas vel oblongas vel subrotundas, quae saepius tube-
rosae ac conglutinatae sunt; albidas; cerei aspectus;
vix nitentes, subopacas; siccas laeves, digitis subad-
haerentes; friabiles; inde pulvere albo farinoso tectas;
valde fragiles fractura plano-conchoidea; odore de-
bili cereo-balsamico; sapore amaro-balsamico; denti-
bus versatas lentescentes, saliva simul lactescente. Igne
non liquentur, sed grate fragrantis flamma rubra de-
flagrant, relinquentes fuliginem copiosam. Solvantur
fere ad dimidium in Alchhole, residuum Aqua tritu-
rando excipiat. Solutio aquosa lactescat ac resinam
deponat.

* CALAMUS ROTANG. Lin. Cl. VI. Monogynia.
Palmae Juss. Arbor Indiarum orientalium sylvatica.

*Resina corticis caudicis et petiolorum incisi, for-
san pariter de fructibus obtenta, nec minus verosimi-
liter de Pterocarpo Dracone ambis Indiis spontanea et
C. santalino Indiarum orientalium, Dracena Dracone
Indiarum occidentalium, Dalbergia monetaria Indiarum
orientalium, variisque Crotonis speciebus, cortice incisis,
stillans, super illis indurata, denuo emollita, in globulos
aut bacillos formata et foliis arundinaceis munita. Sang-
uis Draconis O. Drachenblut. Resine Sang-Dragone.
Sangue di Dragone. Sit atro-purpurea, opaca, fere inpo-
lita; in bacillos redacta a foliis circumvolutis sulcata;
triturae coccineo-purpureae; fragilis in fragmina re-
sinoso-subgranulosa nitida; inodora; vix dulciuscula
et ori arida; igne liquabilis, prunis inspersa odore sub-
storacino cum strepitu et flamma fuliginosa laete defla-
grans; in Aqua insolubilis. In Alchhole fere tota sol-
vatur solutione sanguinea.*

CANELLA ALBA. Lin. Cl. XI. O. Monogynia.
Meliae Juss. Arbor insularum Indiarum occidentalium,
praecipue Jamaicae et Bahamensium, pariter Caroli-
nae, sylvatica.

*Liber ramorum decorticatus et sole siccatus. Ca-
nella alba, Cortex Winteranus spurius O. Weisser Zim-
met. Cannelle blanche, Fausse Ecôrce de Winter. Ca-
nella bianca. Venalis in tubis circa pollicem crassis, illis
Winterae aromaticae tenuioribus, aut et frustis planis
majoribus latioribusque, extus flaviusculo-albidis; sub-*

rugosus; lineis transversis rubellis percursus; lineam dimidiam usque integram crassus; fragilis et quidem dicto cortice fragilior; intus albidus nitidus glabriusculus; odore aromatico debiliore; sapore pari acri, quasi piperato et illo Caryophyllorum aromaticorum unito, amaricante.

CANNABIS. Cl. XXI. O. Pentandria. Urticae Juss. Masculi Calyx quinquepartitus. Corolla nulla. Foeminei Calyx monophyllus, integer, latere hians. Corolla nulla. Styli duo. Nux bivalvis, intra calycem clausum.

Nux. Semen Cannabis O. Hanfsaame. Chenevis. Seme di Canape. Ovata; utrinque compressiusculo-obtusata; testa subcornea cinereo-olivacea reticulata nitidiuscula bivalvi; nucleo obvoluto pellicula fusco-viridi, qui sit fere inodorus, saporis mucilaginoso-oleosi dulciusculi contrarii. Serva loco sicco, non arcte aëri subtractas.

CAPSICUM. Cl. V. O. Monogynia. Solaneae Juss. Corolla rotata. Bacca exsucca. Antherae convergentes, bivalves, apice clausae. *C. annuum* Lin., caule herbaceo, pedunculis solitariis. Annuum Americae tropicae, nobis hortensis.

Baccae non penitus maturae. Piper hispanicum, indicum seu turcicum O. Spanischer, türkischer Pfeffer. Poivre d'Inde ou d'Espagne, Piment. Peperone commune. Bacca culta polymorpha, oblonga, conica; fulta calyce urceolato viridi; epidermide coccinea nitida; parenchymate tenui carnosomembranaceo subbiloculari; saporis proprii fervidi piperacei; recens secta odoris fere tabacini; fovens semina albida orbicularia utrinque compressa.

CAREX. Cl. XXI. O. Triandria. Cyperoideae Juss. Amentum imbricatum. Masculi Calyx Squama solitaria. Corolla nulla. Foeminae Calyx squama solitaria. Corolla ventricosa, monopetala, apice bidentata. Stigmata duo ad tria. Nux triquetra in corolla persistenti. *C. Arenaria* Lin. Spica composita, foliosa, oblonga, acutiuscula, spiculis androgynis pluribus, inferioribus foemineis remotioribus, foliolo longiori instructis, culmo triquetro incurvo. Gramen perenne in Europae sabbulosis siccis. *Arenaria* O. Sandriedgras, Sandsegge. Laiche ou Carice des Sables. *Arenaria*.

Radix repens, praelonga; straminis usque calami scriptorii crassitie; teres; articulata articulis paleaceis

fibrilla
bella;
lignos
utraqu
finem

C.
lae Jus
colora
ceum
Lin.,
lacini
austra
Carlin
distel.

R
bercul
renchy
fusco
pore r
effodie

C
Involu
oblong
siuscu
que c
liorum
ennis
cultu

F
Feldki
bipart
olivac
acris

C
Cl. X.
α Lin.
Aegyp
terige

F
a sol
inter
alexar
eis, i.

fibrillas agentibus; tenax; epidermide brunneo-rubella; cortice albo squamoso; centro flavicante sublignoso; recens odoris terebinthinacei, sicca vix odora; utraque saporis mucilaginoso-farinosi dulciusculi, sub finem amariusculti. Vere colligenda.

CARLINA. Cl. XIX. O. Aequalis. Cinarocephalae Juss. Calyx radiatus; squamis marginalibus longis, coloratis. Corollulae flosculosae. Receptaculum paleaceum setosum. Pappus paleaceo-plumosus. *C. acaulis* Lin., caule simplici unifloro, foliis pinnatifidis nudis, laciniis inciso-dentatis spinosis. Perennis in Europae Australis et temperatae apricis elatis. Carlina acaulis, Carlina, Cardopatia O. Stengellose Eberwurz, Carlsdistel. Carlina sans tige. Carlina senza gambo.

Radix cylindrica, digitum crassa, ramosa; e tuberculis fibras agens; epidermide cinereo-fusca; parenchymate lucide flavo compactiori; medulla annulo fusco cincta radiata; recens odore ingrato fortiori; sapore resinoso acri amaro, in recenti aromatico. Vere effodienda.

CARUM, Cl. V. O. Digynia. Umbelliferae Juss. Involucrum monophyllum, involucella nulla. Fructus oblongo-prismaticus; costis tribus dorsalibus, obtusiusculis; valleculis sulcatis, striatis; raphe lata utrinque costata. *C. Carvi* Lin., caule ramoso, vaginis foliorum ventricosis, involucro partiali nullo. Planta biennis Graeciae indigena, nunc et in Europa boreali culta et inde in pascuis obvia.

Fructus cultae. Semina Carvi O. Gemeiner oder Feldkümmel. Carvi, Cumin sauvage. Carvi, Comino, bipartibilis in Semina duobus linearibus oblonga, subincurva, olivacea, glabra, fragroris proprii; saporis aromatici acris calidiusculi amari.

CASSIA LANCEOLATA Forskolei et Colladonii. Cl. X. O. Monogynia. Leguminosae Juss. *C. Senna* var. α Lin., *C. officinalis* Gaertneri. Suffrutex superioris Aegypti, Aethiopiae et Arabiae. Senna O. Lanzettblätterige Cassie. Casse lanceolée. Sena alessandrina.

Folia spontaneae, bis de anno, et quidem optima a solstitio aestivo ad finem Augusti usque collecta, quae inter e regno Senaar provenientia praeferruntur. Senna alexandrina O., Senna Belledy mercatoribus aegyptiacis, i. e. inquilina, et in commercio de la Palthe, h. e.

villicorum, Alexandrinische Sennesblätter dicta; in petiolo basi et inter paria foliolorum glanduloso, pinnata; foliolis breviter petiolatis, ovato-lanceolatis, basi inaequalibus, acutis, unguicularibus vel vix longioribus, supra minutim pubescentibus subtus glabriusculis, costa pubescentibus, venulosis venis subalternis; tactu mollia; flaventi-virentia; odore proprio ingrato, etsi subaromatico; sapore nauseoso viscido acri-amaro; masticata subglutinosa. Facile distinguuntur a foliis:

Cassiae obovatae Colladoñi. *C. Sennae* var. β Lin., *C. Sennae* Lamarccii. *Sennae* communis, *Alepenensis* O. Stumpfblätterige *Senna*. *Sené du Saïd*, *S. de la Thébaïde* mercantium, in Syria, Aegypto et regionibus huic vicinis spontaneae; in petiolo eglanduloso; foliolis obovatis, mucronatis, submarginatis, basi cuneatis, glaucis, subtus lente pubescentibus; minus nauseose odoratis et amaris, plus mucilaginoso-dulcibus; inertioribus et a *Senna italica*, id est, *Folia C. lanceolatae* in Italia culta, quae sunt latioria, tenuioria; magis dulciusculomucilaginoso; minus amara.

Tripolitana dicta provenit de Var. ejusdem foliolis majoribus, obtusioribus, asperioribus, laete viridibus, inodoris, minus efficacibus. *Folia Cynanchi Argel Dillii*, *C. oleiferi Nectouxii*, in Aegypto Arguel, Gallis *Faux Sené* vocata; foliis *C. lanceolatae* saepius commixta, sunt longiora; costa longitudinali subtus prominula; venis lateralibus inconspicuis; basi aequalia; pallide viridia, aspera; sapore acri-amaro ingrato.

CEPHAËLIS Swartzii et Vahl. Cl. V. O. Monogynia. Rubiaceae Juss. *C. Ipecacuanha* Richardi, *Calli-cocca Ipecacuanha* Broteri. Planta perennis in Brasiliae sylvis. Brechkopfsbeere.

Radix, *Ipecacuanha* grisea (potius brunneo-cinereascens) O. Graue Ip. *Ipecacuanha* gris. *Ipecacuanha* grigia; aliquot pollices longa; ramosa, ramis valde tortis flexuosisque; fibrilis paucis ramosis sparsa; annulata, annulis confertis, rimis profundis divisis, inaequalibus, sulcatis vel integerrimis; culmum stramineum usque calamum scriptorium tenuem crassis; epidermide brunneo-cinereascente aequabili; cortice crasso albo spongioso fragili, fractura subsplendida; odore mucido nauseoso; sapore amaro subacri nauseosoque, vim emeticam radi-

cis in-
vescer
minor
to. S
pulver

N
Fili(C
tentric
dix.
Ipeca
sior,
articu
nuior
vis en
hae,
tarum
perve
nati
vocat
lignos

XXIV
seu H
moos
ramii
canti
cidi;
crepi
anim
cipue
prout
terra

C
Legu

Siliqu
minu
sum
tido
lei,
cular
solita

cis inprimis tenente; filo medullari ligneo tereti flavescente inodoro, vix non insipido, vis emeticae longe minoris, et substantia Emetina dicta parcius instructo. Serva in vitris clausis et solum pro urgentiori usu pulvera, partes fili medullaris rejiciendo.

Nequit huic substitui *Psychotriae emeticae* Lin. Fili (Cl. V. O. Monogynia. Rubiacae Juss.), Americae septentrionalis parti australi calidissimae spontaneae, *Radix*. Ipecacuanha fusca O. Schwärzliche Ipecacuanha. Ipecacuanha non annulé, Ipecacuanha fusca; priori crassior, cylindrica; sulcis transversis sparsis incisa aut articulata; epidermide fusco-nigrescente; cortice tenuiori; parenchymate crassiori; filo medullari tenui; vis emeticae minus securae. Aliae species Ipecacuanhae, id est, emeticarum radicum de diversissimis plantarum generibus, vix unquam in commercio ad nos perveniunt, quas inter illa Jonidii Ipecacuanhae Ventenatii seu Violae Ipecacuanhae Lin., Ipecacuanha alba vocata, cinerea undulata, cortice tenui, parenchymate lignoso crasso candido omnium insignior est.

* CERAMIUM. HELMINTHOCHORTON. Cl. XXIV. Algae Juss. Nomine Fuci Helminthochortonis seu Helminthochortonis O. Wurm-Knotentang, Wurmmoos; Mousse de Corse veniunt plures minutiores Ceramii species filamentosae vel fibrosae; coloris nigricantis grisei et fusci; contortae; odoris contrarii; mucidi; saporis salsi nauseosi premir injectae levite, decrepitantes; aliis Fucorum speciebus, Ulvis, Confervis, animalculorum marinarum residuis uti concharum, praecipue Corallina rubra Lin. remixtae et luto conspurcatae, prout de rupibus abundis devulsae in littora Maris mediterranei projiciuntur, inprimis e Corsica insula venales.

CERATONIA SILIQUA Lin.; Cl. XXIII. O. Trioecia. Leguminosae Juss. Arbor Orientis ac Europae australis.

Legumen. Siliqua dulcis O. Johannisbrod. Carouge. Siliqua dulce, Caroba; compressum, oblongum; plus minus incurvum; coriaceum; quo crassius et concussum minus sonorum, eo melius; cortice brunneo nitido glabro fragili; parenchymate pulposo odoris mellei, saporis dulci-farinosi, siccato sapidore, multiloculari, fovente semina multa in singulo loculamento solitaria dura ovata glabra.

CETRARIA. Cl. XXIV. O. Lichenes. Algae Juss. Scutella thalli margini oblique adnata, segmento inferiori ab eo soluto libero; superiori sessili; margine thallose cincta. *C. islandica* Acharii, Lichen islandicus Lin.; thallo olivaceo-castaneo, basi sanguinolento-albido, subtus albidiori, laciniis erectiusculis, sublinearibus multifidis canaliculatis dentato-ciliatis, fertilibus dilatatis; apotheciis adpressis planis concoloribus; margine thallose elevato integerrimo. Perennis in Europae borealis et temperatae montosis et alpinis. Lichen islandicus O. Isländisches Moos. Lichen d'Islande. Lichene islandico.

Planta integra. Lichen membranaceus, subcoriaceus, complanatus; hinc cinereus inde subfuscus, vetustate albescens; odore debili submucido, sapore mucilaginoso amaro.

CHAEROPHYLLUM. Cl. V. O. Digynia. Umbelliferae Juss. Fructus conicus, ecostatus, evittatus, glaber, raphe sulcatus. Involucrum subnullum. *Ch. sativum* Rothii et Sprengelii, Scandix Cerefolium Lin.; caule glabro, foliis tripartito-decompositis, foliolis ovatis pinnatifidis, laciniis obtusiusculis, pedunculis axillaribus pubescentibus ternis. Annuua Europae, praecipue australis in arvis, passim culta. Cerefolium O. Körbelkraut. Cerfeuil cultivé, C. commun. Cerfoglio.

Folia recentia, Herba O. in caule ramoso striata, patentia, bipinnata, incisa; radicalia et inferiora caulina tripinnata et longius petiolata; omnia pallida, tenera; recentia odore grato balsamico-aromatico, praecipue trita, sapore pari dulci; sicca fere inodora, et sapore balsamico debili.

CHELIDONIUM. Cl. XIII. O. Monogynia. Papaveraceae Juss. Corolla quadripetala. Calyx diphyllus. *Ch. majus* Lin., pedunculis umbellatis. Planta perennis in Europae umbrosis ac ruderalis. Chelidonium seu Ch majus O. Grosfes Schöllkraut. Grande Chelidoine, Eclair. Celidonio.

Herba subflorida. Herba O. Caulibus erectis hirsutulis, superne dichotomis; ramis divaricatis; foliis pinnatis; foliolis subpetiolatis ovatis sinuato-lobatis, lobis obtusis, supra glabris subtus pubescentibus, flavo-viridibus; floribus luteis. Tota herba recens graveo-

lens s
sicca in
Extrac

Cl
Juss. C
Semen
des Lin
plicibu
Mexica
ta et i
chende
ris, Th

H
in cau
ceolata
recenti
praecip
camph
res in
si, viri

Cl
Corolla
corolla
pium l
Lin., l
nerviis
subula
nua Eu
rum. C
tiane c

H
dicalia
caule t
riora
viridia
acris.
ribus. f

Cl
Juss. l
Pappu
bus ge
nis ad

lens succo croceo lactescente ex amaro acri turget, sicca inodora ingrata amarescit. Recens colligenda ad Extracti praeparationem.

CHENOPODIUM. Cl. V. O. Digynia. Atriplices Juss. Calyx pentaphyllus, pentagonus. Corolla nulla. Semen unum, lenticulare, superum. *Ch. ambrosioides* Lin., foliis lanceolatis dentatis, racemis foliatis simplicibus. Planta annua Americae tropicae, imprimis Mexicano regno, etiam Lusitaniae indigena, nobis culta et inde propagata. Botrys mexicana O. Wohlriechender Gänsefuß, Mexikanisches Traubenkraut. Botrys, Thée du Mexique. Chenopodio.

Herba florida. Herba Botryos mexicanae O. Folia in caule erecto et racemis simplicibus petiolata, lanceolata, acuta, serrato-dentata, glabra, dilute viridia; recentia odoris fragrantis, sicca debilioris, attamen, praecipue trita, camphorato-terebinthinacei; saporis camphorato-aromatici subrefrigerantis amariusculi. Flores in racemis axillaribus terminalibusque parvi, globosi, virides, glabri.

CHIRONIA. Cl. V. O. Monogynia. Gentianae Juss. Corollata rotata. Pistillum declinatum, Stamina tubo corollae insidentia. Antherae demum spirales. Pericarpium biloculare. *Ch. Centaurium* Willd., Gentiana C. Lin., Erythrea C. Rich. herbacea, foliis ellipticis trinerviis, caule dichotomo corymboso, calycinis laciniis subulatis subpatulis, corollae limbo plano. Planta annua Europae in apricis campis, pratis et ad ripas fluviorum. Centaurium minus O. Tausendguldenkraut. Gentiane centaurelle, petite Centaurée. Centaurea minore.

Herba subflorida. Herba Centaurii O. Folia radicalia breviter petiolata congesta obtusa; caulina in caule tereti sessilia opposita, inferiora obtusa, superiora oblonga acuminata; integerrima, glabra, laete viridia, subsucculenta; saporis uti caules amarissimi acris. Corymbi terminales sessiles; ramis trifloris; floribus foliosis sessilibus.

CICHORIUM. Cl. XIX. O. Aequalis. Cichoraceae Juss. Receptaculum subpaleaceum. Calyx calyculatus. Pappus polyphyllus, paleaceus. *C. Intybus* Lin., floribus geminis sessilibus, foliis runcinatis. Planta perennis ad margines agrorum, viarum et in pascuis. Cicho-

rium O. Feldwegwarte. Cichorée sauvage. Cicoria salvatica.

Herba nondum florida recens, Herba Cichorii O. Folia radicalia petiolata, petiolo superne concavo, subtus convexo-tereti; oblongo-lanceolata, pinnatifida; caulina amplexicaulia, alterna, sinuato-dentata; floralia summa integerrima, cordato-lanceolata; omnia pilosa, subsucculenta, inodora, amara.

Radix recens et siccata. Radix O.; ramosa, circiter pollicem crassa et pedem longa; epidermide spadiceofusca; cortice carnosio albo, in recenti lactescente; parenchymate duriusculo striato-radiato, pariter lactescente; medulla orbiculata; inodora; saporis intense amari.

CICUTA. Cl. V. O. Digynia. Umbellatae Juss. Fructus subovatus, sulcatus. *C. virosa* Lin. Radix tuberoso-conica, crassa; loculamentosa, loculamentis transversis, divisis dissepimentis in recenti turgidis succo lactescente flavo, in siccis in croceas maculas abeunte; obsita fibris copiosis perpendicularibus rigidis; caule erecto tereti dichotomo leviter striato glabro, subtus purpurascente, fistuloso; petiolis teretibus marginatis, obtusis, pariter fistulosis; umbellis oppositifoliis; involucrio partiali polyphyllo; foliolis pedunculis longitudine aequantibus; fructibus subglobosis, depressis. Planta perennis Europae, inprimis borealis, in paludosis et ad littora. Cicuta aquatica O. Giftiger Wasser-schierling. Cigue d'eau ou aquatique. Cicuta aquatica.

Folia glabra, obscure viridia; radicalia decomposito-pinnata; caulina alterna, inferiora bipinnata, superiora pinnato-composita, foliolis lanceolatis serratis, impari trifido, paribus bi- et tripartitis; recentia odore Apio graveolenti non aliena, sapore illi Retroselini simili non ingrato; sicca odore debili, sapore herbaceo. Ante anthesin colligenda et, rejectis stipitibus crassioribus, ut venefica in vasis clausis servanda.

CINCHONA. Cl. V. O. Monogynia. Rubiaceae Juss. Arbores Americae tropicae. *C. Condaminea*. Humb.

Cortex ramulorum, China fusca, Cortex peruvianus O. Braune China, Peruvianische Rinde. Quinquina gris. China fusca, in patria Cascarilla fina dictus, quibus titulis simul aliae C. species, et forsitan cortices arborum generibus alienis pertinentium veniunt. Occurrit in

segm
lutis,
diam
non
gram
rufo-
num.
signi
grisei
Corte
strate
chon
pacta
cinna
tus p
non
subac
vus,
aure
Lace
Ichtl
ab A
piosu
lato
a Ta
tatur
haec
sunt
ferve
gerat
coso
quid
C. ov
lutea
Gelb
roya
joril
dem
line
spec
vald
Lich

segmentis a digito ad pedem longis; in se ipsa convolutis, marginibus sese in medio tangentibus, quorum diametri transversae, utpote convolutorum, pollicem non excedant, ac circiter dimidiam, nec ultra integram lineam crassa sint. Teguntur epidermide obscure rufo-brunnea, obsessa rudimentis copiosis Lichenum, praecipue e Parmeliarum genere, (male pro signis bonae notae hujus corticis habitorem) albis griseis vel fuscis, scabra, rugosa, transversim fissa. Cortex ipse est flavo-ferrugineus; totus, imprimis in strato externo resinosi aspectus; illo sequentium Cinchonae specierum ponderosior; fragilis, fractura compacta, neutquam festucosa; in superficie interna coloris cinnamomei obscurioris, quidem glaber, attamen habitus pulverulenti. Totus odorem exhibet mucidum, ast non corruptum, saporem modice stypticum amarum subacidulum, vix volatilem. Pulveratus sit luteo-flavus, odoris mucidi insignis; infusum ejus aquosum aureum, clarum, odoris mucidi, austerum; et decoctum Laccae Musci rubro colore tingat; addito Decocto Ichthyocollae sedimentum album floccosum demittat; ab Alcohole Gallarum lactescat, edendo sedimentum copiosum albo-flavum in Alcohole irresolubile; instillato Muriate Oxidi Ferri liquido obscure virescat et a Tartrate Oxiduli Stibii et Potassae liquido praecipitatum floccosum flaviusculo-album emittat. Omnia haec sedimenta hisce reagentibus producta insigniora sunt, quam de infusis sequentium specierum. Decoctum fervens sit fere pellucidum, brunneo rubellum, refrigeratum luteo lactescat, tandem sedimento luteo floccoso decidente; vix odorum referat saporem austerum quidquam acidum proprium.

Cinchona cordifolia Muusii, *C. pubescens* VahlII, *C. ovata* Ruizii.

Cortex trunci et ramorum Cortex Chinae flavae, luteae aut regiae (hodie sic dictae) China flava O. Gelbe oder Königs-China-Rinde. Quinquina jaune, Qu. royal. China gialla. Venalis in segmentis frusticosis majoribus subconcavis, dimidium vel ultra integrum pedem longis, unum aut duos pollices latis, unam ad tres lineas crassis (rejiciendis crassioribus); pondere sequenti speciei vix cedentibus. Tegitur epidermide luteo-fusca, valde rugosa, profunde, imprimis longitudinaliter, fissa, Lichenum rudimentis praecipue albis obsessa, sae-

pe detrita. Parenchymatis est obscure-brunnei et relate ad librum crassiorem tenuis, texturae compactioris, tamen fragilis. Liber, ab eo distincte discretus, est coloris melliti lucidioris, recenter discissus sericeo-splendens. Cortex fractus exhibet festucas oblique distortas, intermixtas vasorum fasciculis setosis minutis pallidioribus. Odoris est ut liber debilioris mucidi et illo sequentis speciei minus stypticus, ast eo prioris longe amarior. Pulveratus sit e flavo-ochraceus; odoris, etsi debilioris, tamen balsamici proprii, illi Terebinthinae non alieni. Infusum aquosum ejus sit stramineum, clarum, fere inodorum, saporis subaciduli, amaritiae insignis, subausteri; Decoctum Laccæ Musci priori specie minus ab eo rubeat; addito Decocto Ichtyocollae opalescat; ab Alcohole Gallarum lactescat, deponendo sedimentum floccosum albedo-flavum, in Alcohole irresolubile; a Muriate Oxidi Ferri vix virescat; a Tartrate Oxiduli Stibii et Potassae lactescat flavens sedimento pari floccoso abundante. Decoctum ejus fervidum sit clarum, flavo-luteum, refrigeratum opacum magis flavescens, vix odorum, saporis sat amari subaciduli, tandem austeri.

Cinchona oblongifolia Mutisii, *C. magnifolia*, forsan et *C. colorata* Ruizii.

Cortex trunci ac ramorum. Cortex peruvianus ruber, China rubra O. Rothe China. Quinquina rouge. China rossa. Venalis in frustis pro modo collectionis et vetustatis diversis, quidquam concavis, aliquot pollices ad pedem longis, ab uno ad tres pollices latis, quae quatuor lineis non crassiora sint. Tegitur epidermide rubro-brunnea, aspera, rimosa, in vetustiore omnimode, inprimis transversim in corticem usque fissa, variorum Lichenum rudimentis vestita. Cortex ipse refert strata duo in juniore luculentius divisa; externum fuscum compactum, discissum resinose splendens; internum fibroso-lignosum punctatum micans, coloris cinnamomei, sed obscurioris. Odoris est illo Chinae fuscae volatilioris, etsi debilis, saporisque, praecipue in strato externo amarioris et austerioris. Pulveratus sit saturate rubro-brunneus, odoris mucidi subaromatici. Infusum aquosum ejus sit vix stramineum, clarum, fere inodorum, austerius eo priorum specierum; Decocti Laccæ Musci colorem vix in rubrum mutet; a Decocto Ichtyocollae parum alte-

retur
tens
solu
tur;
lesca
rubr
nii,
sit v
steri

Caly
vigi
riloc
tioli
nier
diae
rica

tioru
d'Or
odor
gino

imm
Frut
unb
brur
chyr
odor
ris a

Frut
et b
exca
flave

scha
d'Or
sicca
fici

sign

retur, a Tinctura Gallarum subluteo-lactescat, demittens floccos copiosos, albo-rubellos in Alcohole irresolubiles; a Muriate Oxidi Ferri liquido vix permittitur; a Tartrate Oxiduli Stibii et Potassae liquido opalescat e flavo rubens. Decoctum fervidum sit aureo-rubrum pellucidum, refrigeratum opalescat colore Minii, abunde demittendo sedimentum simile floccosum; sit vix odorum, saporis quam priorum specierum austerioris.

CITRUS. Cl. XVIII. O. Icosandria. Aurantia Juss. Calyx quinquesfidus. Petala quinque oblonga. Antherae viginti filamentis connatis in varia corpora. Bacca plurilocularis. Pulpa vesiculosa. *C. Aurantium* Lin., petiolis alatis, foliis acuminatis. Pomeranzenbaum. Citronier-orange. Aranzio. Arbor Asiae, praecipue Mediae et Persiae, spontanea, in Europa australi et America culta.

Aqua florum. Aqua Naphae, Aqua florum Aurantiorum O. Pomeranzenblüthenwasser. Eau des fleurs d'Oranges. Acqua di fiori d'Aranzio. Sit opalescens; odoris florum grati validi; saporis paris, non mucilaginosa.

Baccae immaturae siccatae. Poma Aurantiorum immatura. Unreife Pomeranzen. Oranges immatures. Frutti immaturi d'Arangio. Globoso-ellipticae, apice umbilicatae, magnitudine Pisi usque Nucis moscatae brunneo-vel fusco-virentes, scabrae rugosae; parenchymate durissimo testaceo-pallido, subgranuloso; odoris imprimis pulveratae grati aromatici; saporis paris amari, sub finem dulciusculi.

Baccae maturae. Aurantia. Pomeranzen. Oranges. Frutti dell' Aranzio. Non prostare debent. Sunt apice et basi subcompressae, rubro-fulvae punctatae, punctis excavatis, glabrae; parenchymate turgido succo subflavescente turbido acido-dulci.

Epidermis Baccharum maturarum. Pomeranzen-schaalen. Flavedo corticum Aurantiorum O. Ecorces d'Oranges. Corteccia dell' Aranzio. E cortice recisa et siccata. Sit aurantiaco-brunnea aspera; odoris aromatici proprii; saporis ejusdem amari.

Flores, si Aquam emis, non prostent. Sunt insignes pedunculis albis punctatis, superne incrassatis;

calyce monophyllo albo punctato; corolla alba carnosa, petalis calyce pluries longioribus linearibus lanceolatis. Odoris sint fragrantis grati aromatici; saporis similis dulci-amari.

Folia alterna, ovato-oblonga, utrinque acutiuscula, subserrata, utrinque laevia, lucidiuscula, coriacea, sempervirentia; recentia odoris debilis, graviusculi tamen; saporis aromatici amaricantis. Si licet, recentia adhibenda.

Citrus medica Lin., petiolis linearibus. Arbor Orienti, praecipue Persiae et Mediae. spontanea et ibi uti in Africa boreali atque Europa australi culta. Gemeiner Citronenbaum. Citronnier commun. Cedro.

Baccae maturae. Poma Citri. Mala citrea O.; apice papillosa; basi obtusiora; epidermide lucide flava, subrugosa, punctata, laeviuscula, cellulosa, referta folliculis oleiferis copiosissimis; cortice albo coriaceo, praecipue introrsum spongioso-carnoso, in baccis melioris notae tenuiori; parenchymate novemloculari vesiculoso, vesiculis turgidis succo limpido valde acido, odoris aciduli debilis grati; loculis dispermis foventibus semina ovata-gibba lubrica amara.

Epidermis Baccarum, maxima corticis parte deducta, siccata, flavedo corticum Citri O.; flavo-brunnescens; odoris aromatici debilioris; saporis aromatico-amari.

Oleum epidermidis Baccarum Aethereum ex haerapsa ferrea lacerata spongiis exceptum, destillato longe praefendum. Oleum de Cedro O. Cederöl. l'Huile de Zeste de Citron, l'H. de Citron. Olio seu Essenza di Cedro. Sit valde leve, tenue, album vel solum pallide flaviusculum, non saturate flavum, uti destillatum, grate fragrans, saporis paris non urentis, qualem destillatum refert.

CLEMATIS. Cl. XIII. O. Polygynia. Ranunculaceae Juss. Calyx nullus. Petala quatuor, rarius quinque. Semina caudata. *Cl. erecta* Lin. foliis pinnatis; foliolis ovato-lanceolatis integerrimis, caule erecto, floribus pentapetalis tetrapetalisve. Perennis in collibus, dumetis et ad margines sylvarum Europae temperatae ac australis et Tatariae. Flammula Jovis O. Aufrechte Waldrebe, Brennkraut. Clematite droite, Herbe aux Gueux. Flammola.

Herba florida, Herba O. Folia in caule tereti striato glabro superne ramoso opposita, petiolata; foliola acuta, integerrima; sursum glabra, subtus nervosa, rarius reticulata, subpubescentia; vegeta odoris acris sternutationem moventis; saporis acerrimi, caustici; sicca mitioris acido dulciusculi substyptici, parum urentis. Flores in paniculis terminalibus erectis, in pedunculorum basi bracteati, petalis quatuor vel quinque obovatis obtusis trinerviis albis; odore recentes, praecipue triti, foliorum ac etiam sicci saporis urentis.

CNICUS Vaillantii et Gaertneri. Cl. XIX. O. Frustranea. Cynarocephalae Juss. Calyx squamis ramoso-spinosis, bracteatus. Receptaculum setosum Pappus duplex, exterior dentibus decem, interior spinis decem. Corollae radii infundibuliformes, longiores irregulares. *C. Benedictus*. Centaurea benedicta Lin. Calycibus lanatis foliaceo-involucratis, foliis semidecurrentibus denticulato-spinosis. Annua Graeciae, imprimis insularis et Hispaniae, nobis hortensis. Carduus benedictus O. Benediktenflockenblume, Cardobenediktenkraut. Cardon bénit. Cardo santo.

Folia, Herba O.; inferiora petiolata, superiora sessilia; oblonga, sinuata lobis oppositis, margine ciliata, denticulato-spinosa, spinis majoribus in apice loborum, hirsuta, scabra, lucide viridia, venosa, venis reticulatis in spinas protractis; inodora; sapore etiam sicca amarissimo subsalvo. Ante anthesin colligenda.

COCCULUS PALMATUS Decandollii, Menispermum palmatum Lamarckii. Cl. XXII O. Dodecandria. Menisperma Juss. Perennis in Africa orientali. Handförmiger Mondsaaime.

Radix ex Africa orientali Ceylonam advecta et ibi praecipue in portu urbis Columbo venalis, inde corrupto nomine Radix Columbo in O. dicta. Colombo-wurzel. Colombe. Colombo. Integra fusiformis; venalis in frusta transversim vel longitudinaliter discissa; epidermide viridi-lutea, in sicca rugoso-plicata, plicis longitudinalibus largis interruptis; cortice unam usque duas lineas crasso, extus sulphureo-flavo, linea fusca flexuoso-undulata diviso a parenchymate sordide ac pallide flavo, variegato punctis et striis sub-

fuscis, praecipue in humefacta junioreve radice conspicuis, compacto, duro, linea pari, etsi minus insigni, distincto a medulla albidiore spongiosiore. Odor radice est debilis subbalsamicus et quidem corticis fortior; sapor valde amarus, mucilaginosus, aequo corticis insignior, medullae debilior.

COCHLEARIA. Cl. XV. O. Siliculosae. Cruciferae Juss. Silicula emarginata, turgida, scabra; valvulis gibbis obtusis. *C. Armoracia* Lin., foliis radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis incis. Planta perennis hinc inde in Europae locis humidis spontanea, ubique culta. *Armoracia* seu *Raphanus rusticanus* O. Meerrettich. Raifort sauvage. Rafano rusticano, R. maggiore.

Radix fusiformis, unum ad plures pedes longa, unum ad tres pollices crassa, aspersa nodulis subrotundis, tenax; epidermide albida, rugis transversis subannulata; parenchymate carnosio-fibroso succulento, transversim discisso anulum marginalem concentricum exhibente; medulla punctis flaviusculis subpellucidis notata. Odoris sit acris, nares et oculos ferientis; saporis amariusculi dulcescentis acrimonia odori congrua, utriusque exsiccando pereuntis. Virens in sabulo servanda et solum, ut talis, adhibenda.

C. officinalis Lin., foliis radicalibus cordato-subrotundis, caulinis oblongis subsinuatis. Planta regionum borealium et Europae temperatae in locis aqua irroratis annua, nobis in primis culta, tunc biennis, *Cochlearia* O. Löffelkraut. Cochléaria, Herbe aux cuilliers. *Cochlearia*.

Herba florens. Folia in caule erecto ramoso alterna, glabra, succulenta, nitide viridia, obtusa; radicalia longius petiolata, cordata, rotundata, subintegra; caulina ovato-oblonga, dentata. Flores in corymbo terminali, calyce tetraphyllo, corolla tetrapetala, alba, petalis ovatis, calyce duplo longioribus. Recens odoris, praesertim florum, acris, subnasturtini, in sicca evanidi, saporis acris amaricantis; sicca amara sub finem acriuscula. Culta aequo ac spontanea, sed utraque solum recens, adhibenda.

CONIUM. Cl. V. O. Digynia. Umbellatae Juss. Involucella dimidiata, subtriphylla. Fructus ovati, solidi costis quinque obtusis, immaturis crenulatis, valleculis

planis. *C. maculatum* Lin., caule glaberrimo maculato; foliis tripinnatis, foliolis lanceolatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis subintegris. Planta biennis Europae in ruderalis, dumetis, fossis siccis et ad margines cultorum. Cicuta O. Gefleckter oder Erdschierling. Grande Ciguë. Cicuta.

Folia, Herba O. petiolata, petiolis leviter striatis, superne aequae ac caulis ramique maculatis; maculis lucidis, fuscis, glabris; basi vagina concava amplexicaulibus; tripinnata, pinnis oppositis, pinnulis pinnatifidis, inferioribus distinctis pinnatifidis, superioribus confluentibus inciso-serratis, laciniis obtusis; opaca, subtus pallidiora, glaberrima; odore lotii felini; sapore nauseoso, acri, amaro et subdulci. De spontanea planta ante anthesin colligenda, petiolis crassioribus rejectis, siccanda et in vasis clausis, uti venefica, servanda.

CONVALLARIA. Cl. VI. O. Monogynia. Asparagi Juss. Corolla sexfida. Bacca maculosa trilocularis. *C. majalis* Lin. scapo nudo laevi, foliis ovatis. Perennis Europae temperatae et borealis in sylvis et lucis. Liliaceae convallium O. Gemeines Mayblümchen. Muguet. Unifoglio.

Flores racemosi, secundi, nutantes; corolla alba campanulata, laciniis ovatis acutiusculis revolutis; recentes suaveolentes, sicci odore ingrato, sternutationem movente, sapore amaro et acri. Servandi in vitris clausis.

CONVOLVULUS SCAMMONIA Lin. Cl. V. O. Monogynia. Convolvuli Juss. Planta perennis Orientis, in primis Syriae.

Succus lacteus, *gummi-resinosus*, e radice incisa stilans, sole siccatus. Scammonium Aleppense (Beroëum) O. Scammonium von Aleppo. Scammonée d'Alep ou de Syrie. Scamonea. Frusta majora difformia, cinerea, quae non nimis fuscescant, opaca, quo leviora, eo meliora; arida, spongioso-scoriacea, friabilia, trituratae lucido-cinereae; fragilia, fractura subnitida; odoris debilis, tandem nauseam moventis; saporis primum non insignis, postea acris amari nauseosi. Quae solubilia in Aqua sunt, et quae in Alcohole maxima ex parte solvuntur, praevalent. Solutio aquosa sit griseo-

virens, lactescens et paucum sedimentum emittens, alcoholica limpida.

COPAIFERA. Cl. X. O. Monogynia. Leguminosae Juss. *C. officinalis* Lin. Arbor Americae tropicae. Balsamum sub summo coeli aestu ex arbore perforata aut incisa stillans, Balsamum Copaivae O. Kopaiv-Balsam. Baume de Copahu. Balsamo de Copaiba. Sit limpidum, oleoso-resinosum, albidum vel pallide flaviusculum, leve, Oleo Olivarum paulo spissius; vetustate Mellis crassitiem contrahens; odoris proprii fragrantis aromatico-balsamici non ingrati; saporis primum oleosi, dein amariusculi, subresinosi acris gravis. Aquae instillatum ab initio guttas globosas exhibeat, dein eam cuticula tenui obducatur, non vero, ut vetustate corrupto proprium est, fundum petat. Aqua diutius cum illo trita lactescat; de qua mox secedat. In pari copia Oleorum aethereorum ac pinguium fere penitus solvatur. Ferrq candenti instillatum Terebinthinam non redoleat. Cum Potassa pura liquida Saponein unguinosum sistat, qui addita Aqua destillata solutionem primum hyalinam, dein lactescentem formet. Serva in vitris epistomiis vitreis clausis.

CORIANDRUM. Cl. V. O. Digynia. Umbelliferae Juss. Involucrum nullum floris radiantis. Fructus globosi; Raphe membrana obducta vittata. Albumen semilunare. *C. sativum* Lin.; caule tereti, foliis decompositis lucidis foliolis linearibus obtusiusculis. Planta annua Orientis et alpium Europae australis, ibidem et apud nos culta.

Fructus. Semina Coriandri O. Coriander-Saamen. Coriandre. Coriandro. Subglobosi, ecostati, cinereo-lutescentes, leviter striati, bipartibiles in semina duo nucleo albedo convexo-concavo, recentia cimum instar foetida, siccata grate fragrantia; saporis dulciusculo-aromatici subacris, inprimis nucleo inhaerentis. Serva in vitris clausis.

CROCUS. Cl. III. O. Monogynia. Irides Juss. Corolla sexpartita, aequalis. Stigmata convoluta. *Cr. sativus* Lin.; stigmate tripartito, longitudine corollae reflexo, foliis linearibus margine revolutis. Planta perennis Orientis, in Europa australi inque temperata hinc inde culta.

Stigmata. Crocus O. Safran. Safran. Zafferano; filiformi cuneiformia apice truncata, crenata, crenis albido-lutescentibus; coloris proprii rubri in flavum, praecipue superne vergentis; mollia, tactu subpinguia, non tamen pinguedine digitos inficientia, tenacia; madefacta summe depingentia colore e rubello laete flavo. Sint graveolentia et quidem odore grato aromatico-narcotico; saporis paris amariusculi. Pulverata non emas. Serva in vitris epistomiis vitreis clausis, luci subtractis.

CROTON CASCARILLA. Lin. Cl. XXI. O. Monadelphia. Euphorbiae Juss. *Cr. Elutheria* Swartzii. Frutex insularum Indiarum occidentalium et continentis propinqui.

Cortex ramorum. Cortex Cascarillae seu Cascarilla O. Cascarillrinde. Chacrille. Cascarigla; venalis in segmentis convolutis, duos usque quatuor pollices longis et dum talibus dimidium circiter latis, lineam ac ultra crassis; epidermide ferrugineo-brunnescente, saepius Lichenibus obsita, rugosa, rugis longitudinalibus, transversim rimosa; parenchymate ferrugineo, aequabili, resinoso splendenti; odore debili aromatico-balsamico, contriti forti, combusti amoeno, submoschato; sapore aromatico-acri amaro ingrato.

CUCUMIS COLOCYNTHIS. Lin. Cl. XXI. O. Syngenesia Lin. O. Monadelphia Willd. Cucurbitaceae Juss. Planta annua Orientis et partim Europae australis, spontanea et culta.

Pepo, adempta parte viridi externa corticis. Colocynthis O. Coloquinte. Colquinte. Coloquintida; globosus, tectus parte corticis residua flavo-albente papyracea; parenchymatis paris coloris, cellulosi, levisimi; odoris subdulcis contrarii; saporis amarissimi, acris mucilaginosi nauseosi; fovens in loculamentis semina numerosa, lutea, ovato-oblonga, plana. Beroaei et Cyprii praeferuntur. Seminibus exemptis serva.

CUMINUM. Cl. V. O. Digynia. Umbelliferae Juss. *C. Cyminum* Lin. Planta annua Orientis, Aegypti et Aethiopiae, in Europa australi culta.

Fructus. Semina Cumini O. Römischer oder Mutterkümmel. Cumin. Comino. Oblongo-lanceolati, utri-

culati, bipartibiles in semina duo olivacea, jugis quinque hispidis pallidioribus percursa, valleculis convexis, solida; oleosa, aromaticè graveolentia; saporis aromatici, grati, acris, amari. Serva in vitris clausis.

CURCUMA LONGA. Lin. *Amomum Curcuma* Jacquinii. *Crocus indicus* Roxburghii. Cl. I. O. Monogynia. Cannae Juss. Planta perennis Indiarum orientalium in solo udo, in Oriente passim hortensis.

Radix. Radix curcumae longae, quae in frustis longioribus; rotundae vero, quae in rotundatis venditur, in O. dicta. Gilbwurzel. Curcuma long et rond, Safran des Indes, Racine de Safran. Curcuma, Terra merita. Oblonga; ramosa, ramis brevibus geniculatis, geniculis aut parallelis cylindricis aut tumidis; inter ramos annulata. Frusta venalia sint ponderosa; epidermide pallide lutea rugosa; parenchymate croceobrunneo, resinoso-splendido, solido, duro; odore debili aromatico zingiberino; sapore amaricante acriusculo. Continent pigmentum in Aqua maxima ex parte solubile, solutione lucide ac laete flava turbulenta; solutione alcoholica aurea, utraque ab Alcalinis e rubro brunnescente.

C. Zedoaria Roscoaei. *Amonum Curcuma* Murraji et Jacquinii, *Amonum Zedoaria* Willd. Perennis, in humidis montosis umbrosis Indiarum orientalium et insulae Madagascariae spontanea, in prioribus passim culta. Zedoaria longa O. Lange Gillwerwurzel. Zédoaire longue. (Zedoaria) Zedoaria longa.

Radix venalis exhibens segmenta, plerumque ovato-trigona, rarius orbicularia; priora dorso convexo; epidermide testaceo-flavescente; residuis fibrarum tenacium nodulosa; parenchymate carneo-fuscescente, trito lutescente, subcorneo aequabili, quod sit siccum ponderosum; recentia fere inodora; sicca odore ad zingiberinum accedente et subcamphorato graviusculo; sapore aromatico, in Rosmarinum inclinante, urente amariusculo.

DAPHNE. Cl. VIII. O. Monogynia. Thymeleae Juss. Calyx coloratus, quadrifidus, infundibuliformis. Stylus parvus. Stigma capitatum. Drupa monosperma. *D. Mezereum* Lin., floribus lateralibus sessilibus subtornis pubescentibus, calycis laciniis ovatis acutis, fo-

his la
acutis
in syl
Seidel
zereo

I
tex M
nea,
libro
seoso
Ante

I
nes I
grüne
reola

I

Coro
angu
moni
erect
petiol
tia, s
flores
Euro
appel
spino

I
odore
anthe
claus
renif
albo
est,
serva

I
Invol
radia
angu
rola
fidis.
sativ

fiis lanceolatis, basi longe attenuatis, utrinque glabris acutis. Frutex Europae borealis et temperatae ac Asiae in sylvis montosis umbrosis. Mezereum O. Gemeiner Seidelbast, Kellerhals, Lauréole gentille, Garou. Mezereo, Biondella.

Liber cum cortice truncorum et ramorum. Cortex Mezerei O. Epidermide olivacea aut griseo-brunnea, glabra; cortice tenuissimo obscure viridi molli; libro e flavo albente fibroso tenaci; recenti odore nauseoso, sicco vix odorato; sapore acerrimo os rodente. Ante foliorum germinationem detrahendus.

Librum cum cortice truncorum et ramorum *Daphnes Laureolae* Lin. (Laureolae O. Seidelbast, Immergrüner Kellerhals. Lauréole commune ou mâle. Laureola maschio) aequè adhibere licet.

DATURA. Cl. V. O. Monogynia. Solaneae Juss. Corolla infundibuliformis, plicata. Calyx tubulosus, angulatus, deciduus. Capsula quadrivalvis. *D. Stramonium* Lin., cuius notae sunt; Radix ramosa, caulis erectus, dichotomus, teres, glaber, lucidiusculus; folia petiolata, ovata, sinuato-dentata, decurva, pubescentia, supra saturate viridia, subtus pallidiora, venosa; flores magni albi. Planta annua Americae, nunc in Europa vulgaris. Stramonium O. Gemeiner Stechapfel. Stramoine, Pomme épineuse. Stramonio, Pomo spinoso.

Folia, Herba O., subsucculenta; recentia inprimis odore nauseoso narcotico; sapore amaro ingrato. Antè anthesin colligenda, et ut venefica servanda in vitris clausis.

Semina in capsula erecta, ovata, aculeata plurima, reniformia, compressa; testa nigra, subrugosa; nucleo albo; inodora; sapore ingrato narcotico. Matura, id est, nigra colligenda, et ut virosa in vitris clausis servanda.

DAUCUS. Cl. V. O. Digynia. Umbelliferae Juss. Involucrum pinnatifidum seu pinnatum. Flores subradiantes. Fructus oblongi; costis quinque aculeatis; angulis interpositis setosis aut pariter aculeatis. *D. Carota* Lin., hispidus, foliis tripinnatis, foliolis pinnatifidis. Biennis in Europae pascuis siccis et sylvis *Var. sativa*. Daucus O. Gemeine Mohrrübe. Carote. Carota.

Radix fusiformis, spithamam et ultra longa; obiter transverso sulcata, fibrillis capillaribus; cortice reticulato, parenchymate carnosio; medulla orbiculata, saepe angulata radiata; odoris debilis subaromatici; saporis paris dulcedine insignis. Color luteus variat in rubellum aut, uti in radice insipida, album. Recens adhibenda.

DIGITALIS. Cl. XIV. O. Angiospermia. Scrophulariae Juss. Calyx quinquepartitus, inaequalis. Corolla campanulata, quinquefida, ventricosa. Capsula ovata, bilocularis. *D. purpurea* Lin., calycinis foliolis ovatis acutis, corollis obtusis, labio superiori integro, ventre corollae intus maculis ocellaribus asperso. Planta biennis in Europae australis ac temperatae montosis aridis saxosis sylvaticis. Digitalis O. Rother Fingerhut. Digitale pourprée, Doigtier. Digitale porporina, Guan-telli, Aralda.

Folia ovato-oblonga, crenata, in petiolum brevem decurrentia, rugosa, pubescentia; superne laete viridia, subtus pube pallidiora; vix odorata; saporis ingrati acris amariusculi. Ante anthesin de spontanea carpenda, et ut venefica in scriniis clausis servanda.

DRYOBALANOPS Gaertneri. Cl. IX? Laurinae Juss. *Dr. Camphora* Bonplandii. Arbor Sumatrana.

Camphora. Concretum sui generis spontaneum, aut destillatione aquosa in excipula straminea vel arundinacea sublimatum (*Camphora cruda*); in fabricis nova sublimatione, addita Calce viva, Creta seu Argilla ab inhaerente Oleo empyreumatico flavo liberatum (*Camphora raffinata*) Kampher. Canfre. Canfora. Depurata venalis in panibus superne convexis, subtus concavis, medio perforatis. Sit aspectus glaciei, nivea, nitida; tactu pinguiuscula glabra; gravitatis specificae 0,980; compagis subcrystallinae; etsi tenax, tamen fragilis, fractura fibroso- et granuloso-lamellosa; odoris proprii insignis; saporis paris exaestuantis, tandem os refrigerantis amaricantis; aëri exposita sensim avolans. Calore 74° olei instar fluat, facillime inflammetur, flamma lucida fumoque denso tota deflagrans. In Aqua parce, sed in Alcohole, Aetheribus, Oleis aethereis et pingui-bus, in Acido sulphurico, nitrico et acetico concentra-tissimo penitus, ast in liquidis alcalinis nullo modo solvatur. Serva loco frigido in vitris bene clausis.

Par
diarum
atque r
tis Lau
Cinnan
stantissi

EL

Juss. I
momun
oriental

Sen

Cardam
triquetra
rotunda
vina au
albo fari
subcam
Serva it

EU

Monogy

Suc

Kino-G
in scrini
dinis, a
cei; fria
angulos
nis, lae
lenta; s
vantur,
Oxiduli
pitatum
thyocoll
lente et
copiam
ra liquid
tem in A
lute pur

Ex

Gambier
Park co
aquosa c
et priori

Paratur etiam e Lauri Camphorae Lin., arboris Indiarum orientalium, Sinae Japoniaeque truncis, ramis atque radicibus concisis, nec minus e radice Varietatis Lauri Cinnamomi Lin., Capura - Curundu, i. e., Cinnamomum camphoratum dicta, quae ultima praestantissima putatur.

ELETTARIA. Cl. I. O. Monogynia. Scitamineae Juss. *E. Cardamomum* Matonii. Amomum Cardamomum Lin.; Planta perennis palustris Indiarum orientalium et insularum Moluccarum.

Semen, Cardamomum minus O. Kleines Kardamom. Cardamome. Cardamomo. Semina in capsula turbinata triquetra striata pallida triloculari plurima; difformia rotundato-angulosa, maxime subtetragona; testa ceruina aut subfusca, transversim rugosa; parenchymate albo farinaceo; odoris piperacei; saporis aromatici acris subcamphorati, tandem refrigerantis et amaricantis. Serva in vitris clausis.

EUCALYPTUS RESINIFERA Smithii. Cl. XII. O. Monogynia. Myrti Juss. Arbor Novae Hollandiae.

Succus tannicus inde collectus. Gummi Kino O. Kino-Gummi. Kino. Chino, Gomma-Chino; frustula in seriniis ligneis venalia, difformia, variae magnitudinis, angulosa, purpureo-fuliginosa, splendoris piceae; friabilia, tritura atro-purpurea, fragilia, fractura anguloso-conchoidea, angulis subdiaphanis hyacinthinis, laete splendida; inodora, masticata arenosa, dein lenta; saporis styptici siccantis. In Aqua partim solvantur, solutione brunneo-purpurea, addito Sulphate Oxiduli Ferri liquido e violaceo nigrescente et praecipitatum copiosum deponente, instillato Decocto Ichthyocollae sedimentum largum floccosum lateritium lente emittente; infusis Acidis mineralibus magnam copiam praecipitati brunnei edente; affusa Potassa pura liquida declaranda, ast obscurius inde tincta. Partem in Aqua insolubilem Alcohol recipit, solutione dilute purpurea.

Ex Africa allatum a Nigritis, nomine Gummi Gambiense de Pterocarpo quodam secundum Mungo Park collectum, a Sulphate Oxiduli Ferri e solutione aquosa copiose, colore sordide olivaceo, praecipitatur, et priori, utpote Principio tannico ditior, praeferen-

duus foret, si aequè prostaret. Ex Indiis occidentalibus advectus, Coccolobae uviferae adscriptus, huc non pertinet.

EUGENIA CARYOPHYLLATA Thunbergii. Cl. XII. O. Monogynia. Myrti Juss. Caryophyllus aromaticus Lin. Arbor insulis Moluccis indigena, alibi, ut in Africa orientali, et in Indiis occidentalibus culta.

Flores involuti siccati. Caryophylli O. Gewürznelken. Clous de Gérofle Garofani; calyces inferi, compresso-teretiusculi; quo teretiores, eo praestantiores; dentibus quatuor triquetris concavis terminati; ferruginei; corolla tetrapetala globoso-imbricata testacea. Sint sine rugis, ponderosi; triti oleum exsudantes; odoris fragrantissimi suavis Diantho Caryophyllo similis; saporis aromatici calidi acris amaricantis. Serva in vitris clausis.

EUPHORBIA. Cl. XI. O. Trigynia. Euphorbiaceae Juss. *E. Antiquorum*, Indiarum orientalium, *E. Canariensis* Insularum Canariensium, *E. officinarum* Lin., Africae calidioris et australis Suffrutices.

Resina cerea, ex omnibus partibus stillans, aculeis inhaerens, et ibi sole indurata. Euphorbium, Gummi-resina Euphorbii O. Euphorbe. Euphorbio; frusta difformia, quae inter majora praefenda, angulosa, torta; plerumque perforata stipitibus aculeatis; hisce et seminibus intermixta; plus minus sordide lutea vel aurantiaca; inpolita; aspectus resinoso-cerei; laeviuscula, sicca, friabilia; contusa spargentia pulverem sternutationem et faciei ac faucium inflammationes causantem; fracturae conchoideae; vix odorata; saporis primum non insignis, dein urentis caustici nauseosi; in Alcohole et Oleis aethereis tota solubilia. Accensa penitus flamma lucida et odore non ingrato deflagrent. Serva uti veneficum.

FERULA. Cl. V. O. Digynia. Umbelliferae Juss. *F. Asa foetida* Lin. Planta perennis Persiae monticola, inprimis Bactrianae regionis et Indiarum orientalium.

Succus lacteus e radice crassae suprema parte a terra libera, transversim incisa, stillans, sole in Resinam gummosam induratus, Asa foetida seu Gummi-resina Asae foetidae O. Assa fetida. Assa fetida. E Persia et Indiis orientalibus venalis, formans glebas

eonglu
sint all
tes, m
mixtis,
bilis,
dae; j
splend
insign
culo-a
tae lar
soluta
tritae
In Alc
rubent
inflam
grantia
minis
pellect
F.
Numic
planta
G
niak-
niaco.
Gummi
etsi a
difform
minor
conch
grato
amaro
parum
turata
dimen
diam
Serva
F
taliu
cisa la
gummi
S
Serap
peno.

libus
per-
Cl.
oma-
alibi,
culta.
würz-
com-
ores;
erru-
acea.
odo-
simi-
Serva
acea
cana-
Lin.,
culeis
mimi-
frusta
ulosa,
hisce
ea vel
evius-
erem
s cau-
poris
seosi;
censa
grent.
Juss.
nonti-
orien-
arte a
Resi-
umini
a. E
glebas

conglutinatas granis mixtas aut quasi colliquatas, quae sint albiae, tactu aëris sensim roseae aut rubescentes, nunquam obfuscaetae; partim, saltem in granis inmixtis, subdiaphanae et splendentes; consistentiae aequalis, cereo-tenacis, calore manuum facile emolliendae; porosae; non nimis fragiles, fractura conchoidæa splendida; odoris recentium gravissimi, sed et postea insignis persistentis alliacei nauseosi; saporis amariuculo-alliacei. Facile inflammantur. In Aqua maceratae largiantur solutionem sordide rufam, parte gummosa soluta, reliqua quasi pastam cretaceam formante. Aqua tritae forment emulsionem sat durabilem albescentem. In Alcohole solum ex parte solvuntur, solutione flavo-rubente. In Alcohole Potassae perfecte solvantur. Sint inflammabilia, praecipue grana contexta, nec deflagrantia picem redoleant. Serva vesicis et vasis e laminis ferreis oclusam, loco frigidiori, ac propria suspectili dispensa.

F. orientalis, Graeciae, Asiae minoris, Tauriae et Numidiae, *F. Ferulago*, Siciliae et Africae borealis; plantae perennes, largientes *Ammoniacum*, quod est:

Gummi-Resina. Gummi ammoniacum O. Ammoniak-Gummi. Gomme Ammoniaque. Gomma ammoniac. Grana plus minus conglutinata aut colliquata, Gummi ammoniacum in granis O., quae sint albiae, etsi aëris influxu tandem flavescant, nitida, opaca; difformia, eque plus minus globosa aut praecipue minora angulosa; frigida duriuscula fragilia, fractura conchoidea; calore manus emollienda; odore gravi ingrato proprio; sapore nauseoso, primum mucilaginoso-amaro, dein acri. Deflagrent laete cum flamma alba parum fuliginosa graveolente; crepitantia. In Aqua triturata partim solvantur, solutione lactescente, sensim, sedimento orto, limpidiore. Alcohol digestionem vix dimidiam partem recipit, solutione flavo-brunnescente. Serva in vasis e laminis ferreis.

F. persica Willd. Persiae, Mediae aliarumque orientalium regionum perennis, verosimiliter e radice incisa largitur succum lacteum, sole induratum, resinoso-gummosum, venalem nomine:

Sagapeni. Gummi Sagapenum O. Sagapen- oder Serapin-Gummi. Sagapen, Gomme Séraphique. Sagapeno. Refert frusta variae formae et magnitudinis, quae

inter placentae fuscae pannis caeruleis involutae nil valent. Sint maxima ex parte granulosa, albida, nitentia, subdiaphana, tenacia; cultro in scobem pariter pallidam rasilia; calore manus emollita valde viscida; odore Ammoniacum aemulancia; non vero foetido, etsi simul suballiaceo; sapore amaro acri durabili, Asae foetidae simili. Alcohol minus quam Aqua eorum solvat. Facile inflammatur, deflagrans flamma fuliginosa.

FICUS. Cl. XXIII. O. Trioecia Lin. Dioecia Willd. Urticae Juss. *F. Carica* Lin. Arbor Orienti et Europae australi spontanea et culta.

Receptaculum siccatum et quidem per se, nec, a Cynipe Psenete Fabr. seu Cynipe Ficus Caricae Lin., caprificatum, aestu fornacis siccatum. Caricae, ficus passae O. Getroknete Feigen. Figues. Figghi; baccatum, recens turbinatum, vertice umbilicatum, luteovirens vel violascens; parenchymate recentis carnosum, rubello, sicci compresso, mellei aspectus, gummoso-saccharino, tenaci, odore vix pinguiusculo; sapore grato saccharino mucilaginoso, fovente semina numerosa parva flava ovata. Smyrnesia flava rotunda sunt magnitudine, Ligustica flava oblonga eadem mole, Massiliensia flava rotundata, ast non longe conservabilia, dulcedine grata insignia.

FRAXINUS. Cl. XXIII. O. Dioecia. Jasmineae Juss. *F. excelsior* Lin. *F. Ornus* Lin., *F. rotundifolia* Lin. Arbores Europae australis.

Succus mucilaginoso-saccharinus de cortice sponte, ast maxima ex parte ex inciso stillans, vario modo exceptus, ac sole aut arte siccatus. Manna O. Manne. Manna. Manna est variae formae aut canaliculata oblonga aut plana subcylindrica, nonnunquam fistulosa. Manna canellata seu canaliculata O. Röhrenmanna. Manne canelée. Manna in Canoli; aut granulosa, potius grumosa: Manna electa O. Körnige Manna. Manne en Sorte. Manna in grani. Sit albida, parum flavens, levis, sicca; calore manus emollienda, tunc subviscida; fragilis in fragmina aciculoso-vel granuloso-lamellosa, albidiora, sericeo-nitentia; odore proprio submelleo inamoeno; sapore dulci, tandem subacri ingrato. Solvatur in pari pondere Aquae fervidae, vix decima quinta parte immunditiarum excepta, solutione limpida

sublu
parte
refrig
rae in
co sic

F
Juss.
meml
Lin.,
spern
formi
agris
Taub

F
succu
pinne
bus;
amar
positi
bus su

G
ca no
litudi
Spre
Syriae
scribe
num.
tis ma
aut gr
rum s
culis
subpè
frigida
conch
lis; s
grato
ejus pa
secede
lutum

G
Lin.,

sublutea et in tribus partibus Aquae calore 14°. Octo partes Alcoholis fervidi unam ejus recipiant, solutione refrigerata eam crystallisatam edente. Igne primum Cerae instar fluat, dein turgeat et comburatur. Serva loco sicco et frigido.

FUMARIA. Cl XVII. O. Pentandria. Papaveraceae Juss. Calyx diphyllus. Corolla ringens. Filamenta duo membranacea, singula antheris tribus. *F. officinalis* Lin., caule ramoso diffuso, siliquis globosis monospermis retusis, foliis supradecompositis, foliolis cuneiformi-lanceolatis incis. Planta annua Europae in agris cultis et hortis. Fumaria O. Gemeiner Erdrauch, Taubenkropf. Fumeterre. Fumaria.

Herba florida, Herba O. Folia in caule flaccido succulento alterna petiolata, duplicato-pinnata, pinnis pinnulisque alternis petiolatis, laciniis sub-linearibus; glaucescenti-viridia, glabra, inodora, ingrate amara, sicca amaritiae majori salsa; Racemi erecti oppositifolii; flores corolla tetrapetala, petalis linearibus subaequalibus concavis rubro-violaceis.

GALBANUM, Resina gummosa ex Oriente et Africa nobis venalis, dubiae originis, non sine verisimilitudine Oreoselino anisoidi Breynii, Selino Galbano Sprengelii (Cl V. O. Digynia Umbelliferae Juss.), Arabiae, Syriae, Indiis orientalibus et Mauritaniae inquilino adscribendum. Gummi Galbanum O. Mutterharz. Galbanum Galbano. Venale plerumque in massis, immo placentis majoribus, rarissime in granis; prioribus granuloso-aut grumoso-conglutinatis, in medio mollioribus, quarum substantia sit albo-lutescens, nunquam fusca; maculis lacteis abunde variegata; in stratis tenuioribus subpellucida; subsplendida; sicca, etsi pinguis tactu; frigida Cera non mollior; fragilis, fractura inaequali conchoidea; manus calore emollita Cerae instar ductilis; summe et proprio modo graveolens; sapore ingrato amariusculo acri calido. Aqua circiter tertiam ejus partem solvat, solutione sordide lactescente ac mox secedente; Alcohol plus, solutione aurea, et Alcohol dilutum fere omnem recipiat.

GARCINIA CAMBOGIA Willd. Cambogia Gutta Lin., Mangostana Cambogia Gaertneri. Cl. XII. O.

Monogynia. Guttiferae Juss. Arbor Indiarum orientalem, imprimis trans Gangem.

Succus e cortice trunci ac ramorum inciso stillans et sole siccatus. Gummi-Guttae O. Gummigutt. Gomme-Gut. Gomma-Guta. Resina gummosa, venalis in placentis aut plerumque in frustis difformibus, quae sint: rubigineo-flava, vix brunnescentia, opaca; ad angulos tenues subpellucida; laevia, compacta; friabilia, tritura citrino-aurea; fragilia, fractura plano-conchoidea, picis instar splendente; madefacta lacte flave depingentia; masticata tenaciter dentibus adhaerentia; inodora; primum saporis debilis, dein dulci-acris, os siccantis. Alcohol quatuor quintas partes ejus excipit, solutione obscura fulva turbida. Residuum Aqua solvatur, solutione lutea opaca.

De Guttaefera vera Koenigii seu Stalagmite Camboigoide Murr., arbore regni Siamensis et Ceylonae, provenit optima species, Gummi Guttae verum seu Siamense dicta, nunquam brunnescens, nobis vero non in commercio occurrens.

GENTIANA. Cl. V. O. Digynia. Gentianae Juss. Corolla monopetala. Capsula bivalvis, unilocularis; receptaculis duobus longitudinalibus. *G. lutea* Lin., corollis subquinquefidis rotatis verticillatis, verticillis subcymosis, calycibus spathaceis. Perennis alpina et subalpina Europae australis et mediae. Gentiana, Gentiana rubra O. Gelber Enzian. Gentiane jaune. Genziana maggiore.

Radix ramosa, ramis teretibus; aliquot pedes longa; pollicem et ultra crassa; obiter rugoso-annulata; tenax, ponderosa, sicca; epidermide brunnea; cortice albo fibroso; parenchymate rubro-lutescente, in sicca spongioso; odore debili aromatico; sapore primum dulciusculo, mox amarissimo.

Radicem Gentianae purpureae Lin., corollis subquinquefidis campanulatis striato-punctatis verticillatis, calycibus membranaceis spathaceis; plantae alpinae europaeae perennis, plerumque cum priori promiscue collectam et illi non absimilem aequae adhibe.

GEUM. Cl. XII. O. Polygynia. Rosaceae Juss. Calix decemfidus. Petala quinque. Semina arista geniculata. *G. urbanum* Lin., floribus erectis, aristis uncinatis nudis, seminibus hirsutis; foliis caulinis ternatis,

radic
pae
Gem

dein
crass
nuat
medi
longi
bent
ceilu
odor
mili
quid
dem
tione

tae
cis c
cren
culti
O. C
Eller

oppo
rugo
ta;
sapo
pere

min
com
flori
oblo
Tata
glab
stipi
nosi
mei

safte
e ra

radicalibus lyrato-pinnatis. Planta perennis in Europae umbrosis, praecipue incultis. Caryophyllata O. Gemeines Nelkenkraut. Bénvite. Cariofilata.

Radix, Benediktenwurzel, junior mere fibrillosa, dein e rhizomate brevi oblongo calamum scriptorium crasso, imprimis ex apice, fibras copiosas, longas, attenuatas, flexuoso-intricatas, cinereo-brunneas, fragiles, medulla alba instructas agens; epidermide griseo-fusca, longitudinaliter rugosa squamis emarcidis; cortice albente, fibroso-lignoso, crasso; medulla violaceo-rubra, cellulosa, cellulis in sicca transversis vacuis; recens odore et sapore aromatico, Caryophyllis aromaticis simili, ceterum amariuscule-austera, Chinam sapore quidquam aequans, caute siccata odore et sapore eodem etsi debiliore. Ante foliorum plenariam explicationem collectam serva in vasis clausis.

GLECHOMA. Cl. XIV. O. Gymnospermia, Labiatae Juss. Antherarum singulum par in formam crucis connivens. *G. hederacea* Lin., foliis reniformibus crenatis. Perennis in Europae borealis et temperatae cultis et incultis, praecipue in dumetis. Hederaterrestris O. Gemeiner Gundermann. Terrete, Lierre terrestre. Ellera terrestre.

Folia in caulibus radicanibus tetragonis ramosis opposita, petiolata, reniformia, crenata, subhirsuta, rugosa; superne scabriuscula; subtus minutim punctata; recentia odore debili graviusculo non contrario; sapore pari amariuscule subacri; utroque siccando non pereunte. Ante anthesin carpenda.

GLYCYRRHIZA. Cl. XVII. O. Decandria. Leguminosae Juss. Calyx bilabiatus: $\frac{1}{2}$. Legumen ovatum, compressum. *G. echinata* Lin., leguminibus echinatis, floribus capitatis, stipulis lanceolatis, foliolis glabris oblongis mucronatis. Suffrutex Europae australis ac Tatariae. Stachlichtes Süßholz. Réglisse herissée. *G. glabra* Lin., leguminibus glabris, floribus racemosis, stipulis nullis, foliolis ovatis subretusis subtus subglutinosus. Suffrutex Europae australis et temperatae. Gemeines Süßholz. Réglisse officinale. Legorizia.

Extractum crudum. Succus liquiritiae O. Süßholzsafft. Extrait de Réglisse. Sugo inspissato di Legorizia; e radicibus, et quidem ruthenicum de *G. echinata*, ita

lum vero et hispanicum de G. glabra, récentibus coactis, Aqua coctis paratum et in magdaleones, plerumque Lauri foliis obductos, formatum. Sit nigrum, extus inpolitum, siccum, vix intus humescens, solidum, rumpendum in fragmina plano-conchoidea piceae splendoris; odore dulciusculo non empyreumatico; sapore dulcissimo, vix sub finem acriusculo. In Aqua solvatur praeter exiguam partem Principii extractivi oxidatoris, neque oculo aut reagentibus Cuprum monstret.

Radix. Radix Liquiritiae O. Süfsholz. Bois de Rég-lisse. Legorizia. Sarmentosa, quae non ultra duos pollices crassa, nec nimis tenuis sit, teres; fibrillis radican- tibus aspersa; recens flexilis, tenax; sicca dura; epidermide griseo-ferruginea, neutiquam, ut et reli- qua radix, nigrescente; scabra; cortice ligneo com- pactiori, attamen lamelloso, coloris pallide sulphurei; parenchymate laete flavo, radiato lamellis concentricis fi- brosis, illis corticis tenuioribus, in recentibus fascicu- los vasorum monstrantibus; recens odoris proprii dul- ciusculi, sicca vix odorata; saporis dulcissimi, tandem amariusculi subacris et ingrati. Epidermidem adimas.

GRATIOLA. Cl. II. O. Monogynia. Scrophulariae Juss. Corolla irregularis, resupinata. Stamina duo sterilia. Capsula bilocularis. Calyx heptaphyllus: duo- bus exterioribus patulis. *G. officinalis* Lin.; foliis lan- ceolatis serratis, floribus pedunculatis. Planta perennis in Europae temperatae et australis humidiusculis, pas- sim hortensis. Gratiola O. Wildaurin, Gottesgnaden- kraut. Gratiolle, Herbe à pauvre homme. Graziola.

Folia. Herba O. in caulibus erectis tetragonis ge- niculatis glabris decussato-opposita, sessilia, oblongo- lanceolata, subtus trinervia, glabra, laete viridia; in- feriora integerrima ovato-oblonga apice revoluta; su- periora majora carinata; recentia inodora; sapore valde penetranti amarissimo acri nauseo, sicca pari. Ex herba subflorida carpe.

Radix oblique horizontalis, teres; vix calamum scriptorium crassa; articulata, geniculis squamulis tri- quetro-ovatis obsessis; munita fibrillis filiformibus de- scendentibus; epidermide albo-flavente; cortice tenui; parenchymate lignoso; amarissima et acri nauseosa. Vere colligenda.

gyni
occid
jaco.

naliam
neas
pera
grise
nuib
testa
riusc
frust
sciss
fusco
eo n
acris
mam
flagr

F
et si
Gom
Sistit
insig
diap
lucis
plius
denti
maci
tione
tenac
lique
tum.
solva
influ
cipit
demi
relati
hoc
caeru
hunc
Oleu
hujus

GUAJACUM OFFICINALE Lin. Cl. X. O. Monogynia. Guajacanae Juss. Arbor Insularum Indiarum occidentalium. Gemeines Franzosenholz. Gajac. Guajaco.

Lignum cum cortice. Cortex ligni Guajaci O.; venalia exhibens frusta subplana; unam usque tres lineas crassa; ponderosa; epidermide albo-cinerea, aspera; fissa hinc inde derasa; extimo cortice flavo-vel griseo-fusco; interiori testaceo lamelloso, lamellis tenuibus concentricis lignae duritiei; fracturae nitentis, testaceae, compacta; vix odora; saporis subacris amariusculi siccantis. Lignum venale referens truncos vel frusta, aut secundum longitudinem aut transversim discissa; albarno pallide lutescente; ligno versus centrum fusco-virente vel glauco subirrorato; quo ponderosiora, eo meliora; compage densa subtili; inodora; saporis acris amari, etsi illo corticis debilioris. Facile flammam concipiunt et odore grato resinam sudantia deflagrant. Scobem ligni emere non licet.

Resina nativa vel sponte vel ex sauciata arbore stillans et siccata. Gummi Guajaci nativum O. Guajakharz. Gomme, Resine de Gajac, Gomma, Resina di Guajaco, Sistit frusta difformia; variae magnitudinis saepe insignis; viridia vel brunneo-viridia versicoloria, subdiaphana, friabilia; triturac albae, pulvere detricto lucis influxu tandem obscure viridescente et non amplius sese conglomerante; fracturae resinosae splendentis e prasio in brunneum versicoloris, saepius albamaculatae; odoris debilis benzoini, attamen sternutationem moventis; masticata primum pulverulenta, dein tenacia; saporis acris fauces vellicantis. Igne facile liquentur, spargentia odorem proprium balsamicum gratum. In Alcohole haec resina exemtis quisquiliis tota solvatur, solutione ab initio saturate brunnea, aeris influxu mox laete caerulescente, ab Aqua affusa praecipitatum album, quod postea pari ratione caerulescat, demittendo. Si Resina Guajaci in portione Alcoholis relative parva soluta, et aequae exigua copia Aquae ex hoc praecipitata fuerit, ac pulvis eliminatus nondum caeruleum colorem induxerit, Potassa pura liquida hunc pulverem resolvit, solutione clara non colorata. Oleum Terebinthinae cum quinta sui ponderis parte hujus resinae coctum et dein refrigeratum limpidum

manet, nec alieno colore tingitur, ac evaporatum eam genuinam relinquit.

NB. *Lignum* proprie *sanctum* dictum de Guajaco sancto Lin., arbore insularum Indiarum occidentalium, inprimis S. Johannis de Portu divite proveniens, pallide flavum aut albidum et levius, Ligno Guajaci officinali minus efficax est.

HELLEBORUS. Cl. XIII. O. Polygynia. Ranunculaceae Juss. Calyx nullus (Lin.). Petala (Lin.) quinque seu plura (Cal. aliorum). Nectaria (Lin. Pet. aliorum) bilabiata, tubulata. Capsulae polyspermae, erectiusculae. *H. niger* Lin., scapo subbifloro subnudo, foliis pedatis. Planta perennis alpina Europae australis et temperatae. Helleborus O. Schwarze Nießwurz, Christwurz. Hellébore noire. Elleboro nero.

Fibrae Radicis rhizomate et ramis rejectis. Radix Hellebori, olim Melampodii O. Radix rhizomate polyccephalo, brevi, subcylindrico, subtoruloso, sulcato, magnitudine Nucis moschatae; ramis brevibus, ascendentibus, intricatis, articulatis, rugosis; fibris copiosissimis rhizoma fere obtegentibus perpendicularibus, fere straminis crassitie, aliquot pollices usque pedem longis, simplicissimis glabris fragilibus. Radix haec est epidermidis fusco-nigrae, in fibris nigrae; parenchymatis corticalis flaviusculi, medullosi albidioris, annulo cincti; monstrantis in fibris quatuor usque sex fasciculos vasculosos albos aut flaviusculos intra ambitum circuli cruciato- vel stellato- circa nucleum medullosum obscuriorem digestos, triquetros angulis extorsum versis. Est praecipue in fibris odoris nauseosi acris, sternutationem moventis; saporis amariuscule acris et inprimis recens linguam obstupescit acedine, quam longius servata perdit. Ante anthesin hieme colligenda.

HORDEUM. Cl. III. O. Digynia. Gramina Juss. Locustae tres in quovis racheos dente, uniflorae, calyce bivalvi; calycis valvulae subulatae. Corollae valvula inferior setigera, superior integra. Semen corticatum, sulcatum. *H. distichum* Lin., flosculis lateralibus masculis muticis, hermaphroditis distichis adpressis aristatis. Planta annua Tatariae ad Samaram. *H. hexastichum* Lin., flosculis omnibus hermaphroditis aristatis, seminibus sexfariam positus. *H. vulgare* Lin., flosculis omnibus hermaphroditis aristatis, semi-

nibu
bus,
Sam
teru

Orge
oblo
conv
mate

tum,
Orzo

Horo
perla

Grar
land
exsic
bilis
gent

Juss.
clina
H. n
sessi
Hyo
noir

gino
ta,
nere
aspe
rosi
anth

Juss.
term
cina
lacir
lanc
in S
lso

nibus quadrifariam positis; ordinibus duobus erectioribus, culmis erectis. Annua, uti videtur, Tatariae ad Samaram. De quavis harum specierum adhiberi poterunt.

Semen. Hordeum crudum seu integrum O. Gerste. Orge entier. Orzo; siccum stramineo-flavescens, ovato-oblongum; acuminatum, apice arista lineari terminata convexum, hinc longitudinaliter sulcatum; parenchymate albo farinoso.

Semen a corolla denudatum. Hordeum mundatum, seu decorticatum O. Gerstengraupe. Orge mondé. Orzo scorticato. Sit album farinosum.

Semen denudatum et in molendina rotundatum. Hordeum perlatum O. Perlgraupe. Orge perlé. Orzo perlato, O. di Germania.

Maltum Hordei. Maltum O. Gerstenmälz. Malt. Grano tosto. Semina, Aqua turgida reddita, accumulando tepefacta et dum talia subito aëre aut leni calore exsiccata. Sint testaceo-pallida, compacta, tamen friabilia; fracta farinosa alba; odoris grati quidquam pungentis, neutiquam fumosi; saporis grati dulcis.

HYOSCYAMUS. Cl. V. O. Monogynia. Solanae Juss. Corolla infundibuliformis, obtusa. Stamina inclinata. Capsula operculata, bilocularis, polysperma. *H. niger* Lin.; foliis amplexicaulibus sinuatis, floribus sessilibus. Biennis in Europae ruderatis pinguibus. Hyocyamus O. Schwarzes Bilsenkraut. Jusquiam noire, Hannebone. Jusquiamo.

Folia in caule erecto tereti superne ramoso lanuginoso alterna, sessilia, amplexicaulia, oblongo-ovata, dentato-sinuosa, laciniis lanceolatis integris; cinereo-viridia; subtus splendidiore; pilis unguinis aspersa, venosa; odoris inprimis vegeta nauseosi viridi, recens contusa tabacini; saporis mucidi. Ante anthesin colligenda, et ut venefica servanda.

HYSSOPUS. Cl. XIV. O. Gymnospermia. Labiatae Juss. Corollae labium inferius tripartitum, lacinula intermedia subcrenata. Stamina recta, distantia. *H. officinalis* Lin., floribus verticillatis racemosis secundis, lacinia corollae intermedia biloba integerrima, foliis lanceolatis. Suffrutex in Europae australis alpinis et in Sibiria. Hyssopus O. Isop. Hysope. Issopo.

Folia in caule erecto tetragono et ramis opposita, decussata, sessilia, ovato-lanceolata, integerrima, laete viridia; utrinque punctata, sursum glabra, subtus scabriuscula; margine minutissime ciliata; recentia aromaticè fragrantia; saporis similis calefacientis acriusculi; sicca odoris et saporis aromatici debilioris, ultimi amari.

Summitates subfloridæ floribus varie coloratis, plerumque coeruleis.

ILLICIUM. Cl. XIII. O. Polygynia. Magnoliæ Juss. an *I. anisatum* Lin. vel *alia species?* Arbores Asiae orientalis et Insularum Philippicarum.

Fructus. Semen Anisi stellati seu Badianæ O. Sternanis. Anis étoilé, Badiana. Anicio stellato. Capsulae sex usque octo; in radiato-orbem digestae; ferrugineae aut flavo-brunneae; coriacaе, fragiles; extus rugosae, intus glabrae et splendidae, ovatae, compresso-planæ, bivalves, superne dehiscentes, uniloculares; foventes semen ovatum compressum testaceofuscum nitidum durum, nucleo sordide albo; odoris anisati; saporis parvi et subdulcis, praecipue in capsula et nucleo fortioris, in testa debilioris.

* IMPERATORIA. Cl. V. O. Digynia. Umbelliferae Juss. Fructus subrotundus, compressus, planus; margine late alato; costis tribus obtusis elevatis; valliculis sulcatis. Involucrum nullum. *I. Ostruthium* Lin., caule tereti glabro simpliciusculo, foliis ternato-pinnatis, foliolis late ovatis lobatis basi inaequalibus incisoserratis, vaginis amplis, floribus albidis. Perennis in subalpinis et lucis Europae borealis ac temperatae. Imperatoria O. Meisterwurzel. Imperatoire des Alpes, Imperatoire. Imperatoria.

Radix compressa; aliquot pollices longa et circiter dimidium crassa, annulata, geniculata; e tuberculis fibras copiosas agens; epidermide in recenti flavo-grisea, in sicca brunnea, longitudinaliter rugosa; cortice fusco; parenchymate albido; centro medullari flavente compactori; utroque punctis resino-nigricantibus nitente; odore aromatico-balsamico, Angelicae radicem aemulante, in recenti fortiore graviusculo; sapore pari pungente subamaro.

INULA. Cl. XIX. O. Superflua. Corymbiferae Juss. Receptaculum nudum. Pappus simplex. Antherae basi in

duas
caulil
squam
stralis
Enula

sicca
sicca
spong
chym
flavo
odore
tico a
odore
tico
locis
effodi

I
rhiza
Juss.

diae,

I
circa
rappa
saepe
incisi
grior
lamel
sit.
lei ic
undu
et nig
ta; tr
move
milis
ri; qu

I
rentin
locis
Schw
rentin

I
cata

duas setas desinentes. *I. Helenium* Lin., foliis amplexicaulibus ovatis rugosis, subtus tomentosis, calycum squamis ovatis. Perennis Europae temperatae et australis monticola, partim culta. Alant. Enula, olim Enula campana O. Inuleauuée, Aunée. Enula, Elenio.

Radix fusiformis; ramis teretibus sparsis albis; sicca longitudinaliter sulcato-rugosa; epidermide in sicca luteo-brunnea aut cinerascete; cortice tenui spongioso-albicante; annulo brunneo diviso a parenchymate carnosio, tandem lignescete; centro pallide flavo in recenti vasis rufis radiatum percursio; recens odore graviusculo subcamphorato; sapore acri aromatico amaro radici Calami aromatici non alieno; sicca odore potius violaceo; sapore mitiori primum aromatico mucilaginoso, dein acri amariuscule. Etiam de locis paludosis valet spontanea, culta vero minus. Verè effodienda. Exsiccandam in frusta tenuiora discinde.

IPOMOEAE JALAPPA Purshii. *Ipomoea macrorrhiza* Michauxii. Cl. V. O. Monogynia. Convolvuli Juss. Jalapp-Trichterwinde. Perennis Americae mediae, imprimis regni Mexicani.

Radix, plures annos numerans, quae praecipue circa urbem Yalapam colligitur. Jalappa. Jalap. Sciarappa. Oblongo-ovata, tuberosa, venalis in taleolis, saepe ultra pollicem largis, vel longitudinaliter fissa incisuris binis aut quaternis; epidermide in meliore nigriore; rugosa, cortice fusco; parenchymate celluloso-lamellosio, lamellis concentricis, quod non spongiosum sit. Sint dura, etsi manu non frangenda, tamen mallei ictu facile rumpenda; fractura in meliori resinoso-undulata, obscure grisea striis copiosis brunneis fuscis et nigricantibus et plurimis punctis splendidis variegata; trita pulverem flaviusculo-griseum sternutationem moventem edentia; odoris valde nauseosi; saporis similis acris, plus fauces, quam linguam vellicantis, amari; quo inflammabilia, eo praestantiora.

IRIS. Cl. III. O. Monogynia. Irides Juss. *Ir. florentina* Lin. Perennis Europae australis, in Hetruriae locis sterilibus culta. Iris florentina O. Florentinischer Schwertel. Veilchenwurzel. Iris de Florence. Iride florentina.

Radix ad minimum triennis, vere effosa, decorticata et sole siccata; venalis in frusta oblonga aut lata

varie discissa. Recens fusiformi-subcompressa, nodosa; tuberculis brevibus, superne excavatis annulato-orbiculatis; ultra pollicem crassa, tres, et quod excedit, longa; subtus fibrillis instructa; tecta epidermide flavo rubente aut brunnescente; parenchymate albo-flavinsculo, valde sicco, ponderoso, compacto, praecipue in margine corticali albente; medulla larga corneo-brunnescente; odore est etiam in sicca *Violae odoratae*; acriusculo, acredine in recenti summa, amariusculo sub finem mucilaginoso-farinoso. *Serva loco sicco aëri patentem.*

JUGLANS. Cl. XXI. O. Polyandria, Terebinthaceae Juss. Masculi. Amentum cylindraceum imbricatum. Calyx squama. Corolla sexpartita. Filamenta quatuor ad octodecim. Foeminei. Calyx quadrifidus, superius. Corolla quadrifida. Styli duo. Drupa coriacea, nucis sulcata. *J. regia* Lin., foliis subnoventis ovalibus glabris subserratis subaequalibus, fructibus globosis. Arbor Persiae, in australi et temperata Europa culta. *Juglans* O. Gemeine Wallnuss, Nussbaum, Noyer, Noce.

Cortex drupae immaturae, Putamen Nucis immaturae in O. dictus. Grüne Nusschale. Broux de Noix vert. Cortice del Noce. epidermide viridi, glabra; parenchymate recenti albido, carnosio-coriaceo, compacto succulento, sicco e brunneo nigricante; odore aromatico quidem, ast ingrato; sapore amariuseulo-austero.

JUNIPERUS. Cl. XXII. O. Monadelphia. Coniferae Juss. Masculi Amentum ovatum. Calyx squama. Corolla nulla. Stamina tria. Foeminei Calyx tripartitus. Petala tria. Styli tres. Galbulus trispermus, tribus tuberculis calycis inaequalis. *J. communis* Lin., foliis ternis patentibus mucronatis, bacca longioribus. Arhuscula Europae, in primis borealis, in arenosis et aridis montosis. *Juniperus* O. Gemeiner Wachholder, Gênevrièr commun. Ginepro.

Ramuli cum foliis novellis. Summitates Juniperi O. Wachholderspitzen. Folia in ramulis et surculis tenellis sessilia, acerosa, verticillata, glauca, pungentia.

Lignum. De radice praestantissimum, minus de ramis tenerioribus, de truncis crassioribus minime valens; epidermide et cortice externo canescenti-fusco;

cortic
bus o
ligni
flavo-
sapore

G
testa
gra;
tium
vi; sa
semin
siccari

J
et Sil
nier.

S
neri,
acero
tis, s
bus,
narco
li ten
ficas,

F
gynia
clivib
tanha

*
tum,
fragil
Oxid
Gum
decim
obscu
ratur
lato
non c
Aceta
li Sti
albur
I
dimic
de ra

corticis stratis interioribus ferruginei fibrosis; omnibus odore balsamico, sapore pari subaustero amaro; ligni stratis extimis albidis, intimis flaviusculis aut flavo-rubicundis; tenax, grave, resinosum, odore et sapore corticis, ast debiliore.

Galbuli maturi, Baccae Juniperi O. Globosi; testa in recentibus nigro-violacea nitida, in siccis nigra; vertice sulcis tribus exarati; parenchymate recentium carnosopulposo brunneo; odore balsamico gravi; sapore pari dulci sub finem amariuscule; foventesemina tria planoconvexa fusca conniventia. Aëre siccandi.

J. Sabina Lin. Frutex ramosus Europae australis et Sibiriae. Sabina O. Sadebaum, Sevenbaum. Savinier. Savina.

Summitates. Frondes seu Herba O. Ramuli teneri, distiche patentes; squamis emarcidis tecti; foliis acerosis adpressis alternatim oppositis, linearibus, acutis, subulatis, convexis, crassiusculis, obscure viridibus, glabris, graveolentibus; odore terebinthinaceo narcotico; sapore gravi amaricante exaestuante; ramuli tenerissimi foliis similibus imbricati. Serva, ut veneficas, in vitris clausis.

KRAMERIA TRIANDRA Ruizii, Cl. IV. O. Monogynia, Polygalae Juss. Suffrutex regni Peruviani in declivibus montium solo sicco, argillosoarenoso. Ratanha O. Ratanha. Ratanhia. Ratania.

* *Extractum* aquosum radicis, in America paratum, venale in frustis difformibus magnis, brunneum; fragile fractura vitrea; pulveratum colore Hydrosulphureto Oxiduli Stibii simile; saporis valde, ast minus, quam Gummi Kino, styptici. Sit in Alcohole usque ad quindecim centesimas partes solubile, solutione pulchre et obscure ruhente. Infusum aquosum fervidum refrigeratum turbide lactescat, ut Chinae decoctum. Instillato Acetate Plumbi liquido sedimentum rubicundum, non cinereum, sub cujus forma Gummi Kino ab hoc Acetate eliminatur, demittat. Adjecto Tartrate Oxiduli Stibii et Potassae liquido praecipitatum flaviusculoalbum oriatur.

Radix teres; calamum scriptorium usque pollicem dimidium crassa, spithamam usque ulnam longa; valde ramosa, ramis e rhizomate horizontali descendenti-

bus tortuosis geniculatis, perfecte ad apicem usque teretibus; adpersa fibris parvis subtilibus non emarcidis et deciduis; epidermide rufo-fusca, aspera, fissa fissuris penetrantibus in coriicem unam usque duas lineas crassum, extus purpurescenti-fuscum, intus nigrescentem; saporis valde styptici, sub finem amari, masticata salivam colore obscure rubro tingentem; parenchymate lignoso durissimo ex pallide flavo-rubente fere iusipido. Pars lignosa sub pulverando rejicienda est.

LACTUCA. Cl. XIX. O. Aequalis. Cichoraceae Juss. Receptaculum nudum. Calyx imbricatus, cylindricus; margine membranaceo. Pappus simplex, stipitatus. Semina laevia. *L. virosa* Lin., foliis horizontalibus, carina aculeatis denticulatis, apice obtusis, basi sagittatis, oblongo-lanceolatis, infinis sinuatis. Planta annua Europae temperatae et australis in ruderatis, saxosis et ad margines cultorum. Giftlattich. Lattue vireuse. Lattuga velenosa.

Folia, Herba O., in caule erecto tereti paniculato aculeis inferne aspero alterna, sessilia, patentia; inferiora oblongo-lanceolata, sinuato-dentata, undulata; superiora ovato-lanceolata, sagittata, integra, denticulata; utraque glauca; in medio aspera, dura, rigida; recentia odore narcotico-ingrato, scatentia succo lacteo et maxime ex hoc sapore acri amaro instructa. Ante anthesin colligenda.

LAURUS. Cl. IX. O. Monogynia. Laurineae Juss. Calyx sexpartitus aut sexfidus. Staminum filamenta duodecim, sex exteriora fertilia, sex interiora exterioribus opposita, quorum tria fertilia, basi biappendiculata aut biglandulosa et tria alterna sterilia. Stigma capitatum. Bacca monosperma.

L. Cinnamomum Lin. Arbor Indiis orientalibus australioribus hinc inde, praecipue Ceylonae, spontanea, in cujus insulae solo arenoso albo varietates quatuor coluntur.

Liber ramis triennibus, ad plurimum quadriennibus rectissimis detractus, decorticatus, in tubulos, minoribus segmentis majoribus inmissis, convolutus et cito sole siccatus. Venalis in tubis cylindricis ultra dimidiam usque integram ulnam longis, pollicis duas tertias partes crassis, Calami Rotang foliis ligatus. Cin-

namo
hollän
Sit vis
tubulo
nescat
bigino
riorun
inde a
jus str
qu'dq
mis in
memb
ratiu
subasp
lans;
cus, c
nales
diam
prover
vitem
sapore
L.
rum a
diis oc
sia cin
sis O.
sische
Canell
aequal
sesqui
parten
Cinam
venis
percu
intern
minus
mome
acrior
gnantu
mum,
liber i
niam
C
namo

namomum, C. acutum, Cortex C. O. Zimmt, Feiner, holländischer Zimmt. Canelle. Canella, C. regina. Sit vix quarta lineae parte crassior. Stratum externum tubulorum exteriorum e flavo et rubicundo vix brunescat, percursum hinc inde venularum brevibus rubiginosis rudimentis, laeve; idem tubulorum interiorum a prioribus siccando compressorum sit hinc inde asperum et subconcauum; superficies interna huius strati sit subfibrosa; totum parenchymate compacto, quodquam flexile, fractum exhibens fracturam non nimis inaequalem pallidiorum. Stratum internum fibroso-membranaceum sit ab externo penitus detractile; saturatius rufescens, minute fibrosum, sericeo-nitidum, subasperum. Odor libri sit fragrans, gratus, revocillans; sapor primum saccharinus, tum valde aromaticus, calidus tandem, acri-pungens. Inter species venales pro aetate ramorum et solo diversas, subtilem, mediam et rudem, solum priorem, de junioribus ramulis provenientem, utpote quidem minus Oleo aethereo divitem sed insigniori praeditam, emas. Rudior species sapore primum cum cymicino conjuncto se prodit.

Liber L. Cassiae Lin. Arboris Malabariae, insularum australium Oceani indici, etiam Ceylonae, in Indiis occidentalibus, praecipue in Martinica cultae. Cassia cinnamomea, Cortex Cinamomi indici seu Sinesis O. Zimmtcassie, Zimmtsorte, indianischer, chinesischer, englischer Zimmt. Casse d'Inde ou de Chine. Canellina, Canella del Coromandel. Venalis in tubis inaequalibus aut in segmentis semitubulosis pedibus usque sesquipedalibus, diametro tubulorum quartam pollicis partem usque integrum aequante, strato externo illo Cinamomi longe crassiore, extus magis rubro-fusco, venis crassioribus lucidioribus rectis aut serpentinis percurso; fracto pallidiori plus fibroso aspero; strato interno rudius fibroso, ab externo minus distincto et minus nitido luteo-brunneo; odore aromatico cinnamomeo, ast non adeo grato ac forti; sapore simili acriore urentiore perstantiore, os mucilagine impraegnante; oleo duplo quidem ditior, quam Cinnamomum, sed minus suaveolenti acriori et crassiore. Hic liber in officinis rejiciendus tantum designatur, quoniam cum Cinnamomo promiscue venditur.

Calices cum seminibus immaturis. Clavelli Cinamome, Flores seu Semina Cassiae O. Cassienblu.

blumen oder Saamen. Fleurs de Cassia. Fiori di Cassia. Calyces turbinati, vertice depressiusculi, sulcati, lucide fusi, deorsum rugulosi, ast non nimis rugosi; breviter pedicellati; foventes ovarium nondum grossificatum orbiculare convexum umbonatum laevigatum; odore Caryophyllorum; sapore pari dulciusculo.

L. Malabathrum Lin. Arbor Indiarum orientalem, imprimis Malabaricae.

Liber, Cassia lignea, Xylocassia, Canella Malabarica O. Mutterzimmt. Cassienrinde. Venalis in tubulis cylindricis a spithama ad pedem longis, illis libri *L. Cassiae* et *L. Cinnamomi* latioribus, crassior; strato externo extus e brunneo obscure rubente asperiori non striato, rigido; parenchymatis solidioris; fracto plano, fuscescente; odore cinnamomeo debiliore; sapore mitiore grato dulcescente mucilaginoso; Aquam coquendo multa mucilagine imbuens. Solander et Marchandius credunt, hunc peti ex specie a *L. Cinnamomo* non originitus sed cultura diversa.

L. nobilis Lin. Arbor Asiae minoris, Europae australis et Africae borealis. Laurus O. Gemeiner Lorbeer. Laurier franc. Lauro, Alloro.

Baccae siccatae oblongo-ovatae, utrinque obtusae; epidermide nitida; recentium coeruleo-nigra, siccarum fusco-nigrescente et rugulosa; intra corticem fragilem foventes nucleum conformem badium laevigatum bipartibilem solidum, fragrantia propria, sapore balsamico amaro pinguiusculo.

Oleum aethereo-unginosum de baccis recentibus coctis expressum. Oleum Lauri seu laurinum O. Lorbeeröl. Huile de Laurier. Olio laurino. Sit e flavo et cinereo-viride, fere butyraceum, subgranulosum; odoris baccarum insignis; saporis paris; calore sine residuo liquescens facile; in Aethere sulphurico totum solubile; in Alcohole solvendum solutione Oleum odore et sapore referente, remanente Oleo pingui incolorato inodoro insipido.

L. Pichurim, Ocotea Pichurim Humboldtii, Tetranchera Pichurim Sprengelii. Arbor Americae tropicae. Brasilianischer Lorbeer.

Semina. Fabae Pichurim vulgo et in O. Brasilianische Bohnen, Pichurimbohnen. Fiève Pichurim.

Nocci-
cula;
conve-
gitudi-
laevi-
lo fria-
dolent-

Z
region-
chelha-

R
holz-
cortic-
tus li-
odore
pore c-
noso
brunn-
bus v-
sapor-
ticata
effoet-

I
hiatae
tus. C
Lin.,
voluti-
stralis
Spic.

F
ovato
reo-s
pubes
fido.
camp-

C
dicta,
Lavar
specifi-
nuino

* I
gynia.

Noccioli Pechurim. Ovato-oblonga, utrinque obtusiuscula; plerumque separata in cotyledones duas dorso convexas, intus planiusculas vel concavas, fossa longitudinali insculptas; superficie brunneo-nigricante, laevi rugosiuscula; parenchymate spisso testaceo-rubello friabil; Nucem moschatam et Lignum Sassafras redolentia; sapore pari aromatico-acri.

L. Sassafras Americae borealis, ab australibus ejus regionibus ad Canadam usque. Sassafraslorbeer, Fenchelholzbaum. Laurier Sassafras. Sassofrasso.

Radix. Lignum et Cortex Sassafras O. Sassafrasholz. Tuberculoso-ramosa, venalis in frustis magnis; cortice epidermide griseo-ferruginea rugosa tecto, extus lamelloso, intus rubigineo, squamoso, fragili; odore grato Foeniculum aemulante, sed fortiori; sapore dulciusculo aromatico subacri; parenchymate lignoso in stratis externis castaneo-rubente aut flavo-brunnescente, intus pallide luteo, striis longitudinalibus variegato, levi, poroso, fere spongioso; odore et sapore corticis, sed debiliore. Partem lignosam decorticatam, utpote plerumque inodoram vetustiore et effoetam et scobem nunquam emas.

LAVANDULA. Cl. XIV. O. Gymnospermia. Labiatae Juss. Calyx ovatus, subdentatus, bractea suffultus. Corolla resupinata. Stamina intra tubum. *L. Spica* Lin., foliis sessilibus lanceolato-linearibus margine revolutis, spica interrupta nuda. Fruticulus Europae australis. Lavandula O. Gemeiner Lavendel. Lavande, Spic. Lavanda.

Flores decerptae pedunculis. Flores O. Calyce ovato-tubulato undique striato crenato-dentato, cinereo-subtomentoso, superne coeruleo; corolla violacea pubescente, limbi labio superiore bifido, inferiori trifido. Sint suaveolentes, fragrantis; sapore aromatico camphoraceo grato subamaro.

Oleum aethereum, praecipue de varietate latifolia dicta, e regionibus australibus Europae venale. Oleum Lavandulae O. Sit vix stramineum, tenue; gravitate specifica 0,893 usque 0,894; odore florum insigni genuino; sapore fervido.

* LAWSONIA INERMIS Lin. Cl. VIII. O. Monogynia. Salicariae Juss. Arbor Indiarum orientalium.

praecipue malabarica et Ceylonae, Syriae et Africae borealis. Wehrlose Lawsonie, Alkanna, Aegyptisches Färbekraut. Henné, Alkanna, Orcanelle du Levant. Alkanna.

Radix. Radix Alkannae verae seu orientalis O. Mundholz. Ramosa ramis teretibus subintortis, longitudinaliter sulcatis; obsita fibris sparsis flexuosis; epidermide purpureo-fuscescente; cortice tenui nigrescente subaustero; utrisque valde roseo colore depingentibus; parenchymate pallide flavo, fragili, fibroso-lig-noso; saporis mucilaginosi.

LEONTODON. Cl. XIX. O. Aequalis. Cichoraceae Juss. Receptaculum nudum. Calyx duplex. Pappus stipitatus, pilosus, aut fere plumosus. *L. Taraxacum* Lin., calyce exteriori reflexo, scapo unifloro, foliis runcinatis glabris, laciniis lanceolatis dentatis. Perennis in Americae temperatae et Europae pratis.

Planta integra, Radix Taraxaci cum toto O., ante anthesin colligenda et recens cum succo adhibenda, scapi plerumque plures erecti teretes glabri uniflori tubulosi, scatentes succo lacteo; folia radicalia prostrata, dentibus acutis, juniora subvillosa, adulta nuda, petiolis nervisque succo pari farctis.

Radix siccata, Radix O., fere fusiformis, superne digitum crassa, spithamam longa, saepe multiceps; fibris undique munita; epidermide in sicca nigrescente, in recenti flavo-brunnea, transversim subannulata rugosa; parenchymate carnosio formato e stratis tunicarum concentricis, inde discisso exhibente discum annulatum, scatente in recente, inprimis vere et autumno succo lacteo albo dulciusculo quidem, sed amariori ac in herba; sicca autem vix amara. Vere vel autumnq effodienda.

LINUM. Cl. V. O. Pentagynia. Caryophyllatae Juss. Calyx pentaphyllus. Petala quinque. Capsula quinquevalvis. Semina solitaria. *L. usitatissimum* Lin. Calycibus capsulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule subsolitario. Planta annua culta Europae. Linum O. Gemeiner Flachs. Lin. Lino.

Semen. Semen Lini O. Ovatum, compressum, apice sensim attenuatum, vix odoratum; testa virente

brunn
lente,
dulciu

P
Lini C
verata

L
Willd.

locula

pulver

mis a

setiger

mis ov

Europ

dium C

Licope

Se

lapper

aliaru

earum

cribru

farino

bosa s

tactu

insipic

cum s

holi P

rum r

L

Calyx

sex, c

ma. L

latis, t

Europ

O. Re

Fo

culo, d

tia, ac

perior

sapore

thesin

M

Calyx

brunnea nitida laevi, scatente, mucos, vix Oleum redolente, nucleo flavo-albido unguinoso saporis oleoso dulciusculi mucilaginosi ingrati.

Fulvis seminum expressorum, Farina seminum Lini O. Placentae de Olei expressione residuae et pulveratae nunquam diutius, ne rancescant, prostent.

LYCOPODIUM. Cl. XXIV. Stachyopterides O. Willd. Lycopodiaceae Juss. Capsulae reniformes, uniloculares, bivalves, polyspermae. Semina minutissima, pulveriformia. *L. clavatum* Lin., caule repente, ramis adscendentibus, foliis sparsis enerviis incurvato-setigeris, spicis geminatis cylindricis pedunculatis, squamis ovatis acuminatis eroso-denticulatis. Perennis in Europae et Canadae sylvis super muscos. Lycopodium O. Keulenförmiges Bärlapp. Lycopode à Massue. Licopodio.

Semina; Semina, Farina, Pulvis Lycopodii O. Bärlappensaame. Lycopode. Semi di Licopodio, hujus aliarumque specierum, ut annotini et complanati, e spicarum in furno siccatarum capsulis excussa et per cribrum trajecta. Oculo inermi exhibentia pulverem farinosum, pallide flavum, tenerrimum, armato globosa subcompressa subdiaphana pallide sulphurea; tactu unguinosa mollia digitis adhaerentia; inodora, insipida; aquae innatantia nec miscibilia; accensa cum strepitu sine fumo resinoso deflagrantia, Alcoholi Potassae infusa non rubescentia. Ante capsularum rupturam colligenda.

LYTHRUM. Cl. XI. O. Monogynia. Salicariae Juss. Calyx sex- ad duodecimdentatus. Petala quinque ad sex, calyci inserta. Capsula tecta, bilocularis, polysperma. *L. Salicaria* Lin., foliis oppositis cordato-lanceolatis, floribus spicatis dodecandris. Planta perennis Europaea in humidis. Salicaria, Lysimachia purpurea O. Rother Weiderich. Salicaire. Lisimachia.

Folia, Herba O., in caule erecto anguloso scabriusculo dichotomo opposita amplexicauli-sessilia, patentia, acuminata, subtus pubescentia, scabriuscula; superiora plerumque alterna; inodora, recentia lubrica; sapore mucilaginoso - amaro austeriusculo. Ante anthesin carpenda.

MALVA. Cl. XVI. O. Polyandria. Malvaceae Juss. Calyx duplex, exterior triphyllus. Capsulae plurimae,

monospermae. Nomine Malvae seu Malvae vulgaris. Malve, Pappelkraut. Mauve. Malva, occurrunt et promiscue adhiberi possunt sequentes: *M. rotundifolia*, rundblätterige Malve. La petite Mauve. Malva minore. Caule prostrato, foliis cordato-orbiculatis, obsolete quinquelobis, pedunculis fructiferis declinatis. Perennis Europae in ruderatis et ad vias.

Folia. In petiolis elongatis teretibus alterna; quinque-vel septemloba, lobis rotundatis; serrato-dentata, utrinque pubescentia, sordide viridia; inodora; saporis subviscidi, mucilaginosi.

M. sylvestris. Waldmalve. Mauve sauvage. Malva silvatica. Biennis in sylvis Europae. Caule erecto, herbaceo, foliis septemlobatis, acutis, pedunculis petiolisque pilosis.

Folia in petiolis elongatis scabris, dentato-serrata, utrinque pubescentia, pilis radiatis. Utraque penitus evoluta colligenda.

* MARRUBIUM. Cl. XIV. O. Gymnospermia. Labiatae Juss. Calyx hypocrateriformis, rigidus, decemstriatus. Corollae labium superius bifidum, lineare, rectum. *M. vulgare* Lin., foliis subrotundo-ovatis dentatis rugoso-venosis, calycinis dentibus setaceis uncinatis. Perennis in Europae borealis et temperatae aridis elatis et ruderatis. Marrubium, Marrubium album O. Weisser Andorn, Marienessel. Marrube blanc, M. commun. Marrobio bianco, Prasine.

Folia, Herba O., in caule erecto tetragono inferne tomentoso ramoso opposita, petiolata, grosse crenata; utrinque albo-pubescentia; subcrispa; recentia odore forti grato vinoso, trita balsamico submoschato, sicca debili; sapore amaro acri-salvo ori inhaerente. Ante anthesin carpenda.

MATRICARIA. Cl. XIX. O. Polygamia superflua. Corymbiferae Juss. Receptaculum nudum cylindraceo-conicum. Pappus nullus. Calyx planus imbricatus, squamis margine scariosis. *M. Chamomilla*, foliis subbipinnatifidis laciniis linearibus, squamis calycinis obtusiusculis. Annua in Europae agris cultis et in hortis culta. Chamomilla vulgaris O. Camillen-Mutterkraut, Gemeine oder Feldcamille. Camomille vulgaire. Camomilla volgare.

F
floris,
bricat
te fra
radii
per e

M
O. Po
lium,
maxim

O
latum
tenue
Carda
sapor
geran
nil Ca
proda

M
nosae
simpl
gius,
Melil
mis a
erecto
elatis.

S
erecti
latis t
glabri
secun
olente
leo; s
rum i
variet

M
Juss.
riori s
catum
cinati
pedic
na Ita

Flores terminales in pedunculis striatis nudis unifloris, subpaniculati; radiati; calyce communi arcte imbricato; flosculis disci luteis infundibuliformibus grate fragrantibus; saporis aromatici amari; flosculis radii albis reflexis inodoris insipidis. Colligendi nuper evoluti.

MELALEUCA LEUCADENDRON Lin. Cl. XVIII. O. Polyandria. Myrti Juss. Arbor Indiarum orientalium, Sinae australis, inprimis insularum Moluccarum, maxime Bandae. Weilsbaum. Bois blanc.

Oleum aethereum e foliis siccatis et cortice destillatum. Albo-flavescens, quod vix virescat, pellucidum, tenue, Aqua levius, valde et graviter fragrans odore Cardamomi et Camphorae quidquam terebinthinaceo; saporis similis longe intensioris, sub finem os refrigerantis. Ex Elaeosaccharo inde parato in Aqua soluto nil Camphorae secedat, nec hoc Oleum Cupri vestigia prodat. Oleum Cajeput O.

MELILOTUS. Cl. XVII. O. Decandria. Leguminosae Juss. Calyx tubulosus, quinque-dentatus. Carina simplex, alis et vexillo brevior. Legumen calyce longius, rugosum. *M. officinalis* Persoonii. Trifolium Melilotus Lin., leguminibus racemosis nudis dispersis acutis, stipulis lanceolato-subulatis indivisis, caule erecto. In Europae temperatae et Virginiae campis elatis ac dumetis. Melilotus O. Steinklee. Mélilot. Tribulo.

Summitates floridae, Herba O., constantes ramis erectis, angulatis, striatis, glabris; foliis alternis petiolatis ternatis, foliolis ovato-oblongis acute serratis glabris; racemis axillaribus densis subcylindricis subsecundis bracteatis florum citrinorum; recentes suaveolentes, Asperulam odoratam aemulantes odore melleo; sapore herbaceo amaro; siccae odore simili parum intensiore; sapore mucilaginoso amaro acri. De varietate alba inodora nil valent.

MELISSA. Cl. XIV. O. Gymnospermia. Labiatae Juss. Calyx aridus, supra planiusculus; labio superiori subfastigiato. Corollae labium superius subfornicatum bifidum; inferius lobo medio cordato. *M. officinalis* Lin., verticillis dimidiatis, bracteis oblongis pedicellatis, foliis ovatis acutis serratis. Perennis alpina Italiae, Galliae, Helvetiae, nobis culta venalis. Me-

lissa, Melissa citrata O. Gemeine Melisse, Melisse, Citronelle, Melissa.

Folia; Herba O., opposita, petiolata, ovato-obtusa, cordata, grosse et obtuse serrata, rugosa, supra viridia puberula scabriuscula, subtus glauca; superiora obovata acutiuscula antice serrata; recentia odoris citrini insignis, sicca debilioris; saporis similis amariusculi herbacei.

MENTHA. Cl. XIV. O. Gymnospermia. Labiatae Juss. Corolla subaequalis, quadrifida, lacinia latiore emarginata. Stamina erecta distantia. *M. crispa* Lin., spicis capitatis, foliis cordatis dentatis undulatis sessilibus, staminibus corollam aequantibus. Perennis Asiae orientalis mediae, Europae australis et mediae hinc inde. *Mentha crispa* O. Krausmünze. Menthe frisée, Baume frisé. *Mentha crispa*. Nobis hortensis, Gartenmünze.

Folia cum Summitatibus subfloridis. Herba Menthae O., folia in caulibus erectis tetragonis ramosis subpilosis et in ramis oppositis opposita, sessilia, ovato-cordata, acutiuscula, inciso-serrata, rugosa; supra scabriuscula profunde viridia, subtus hirsuta. Flores in spicis capitatis pallide violacei; utraque odoris amoeni fragrantis; saporis aromatici, primum calidi, dein os refrigerantis amariusculi.

M. piperita Lin., spicis capitatis foliis ovatis serratis petiolatis, staminibus corolla brevioribus. Perennis Angliae in udis palustribus, nobis hortensis. *Mentha piperita* O., Pfeffermünze. Menthe poivrée ou citronée. *Mentha piperita*.

Folia cum Summitatibus subfloridis. Herba O. Folia in caule erecto ramoso tetragono glabriusculo opposita, petiolata, ovato-lanceolata acuta, acute serrata; superne glabra, subtus in venis pubescentia. Flores albido-violascentes; utraque odoris fragrantis proprii simul camphorati; saporis paris, os longe refrigerantis, in sicca fortioris.

* *M. Pulegium* Lin., floribus verticillatis, foliis obtusis subcrenatis, caulibus repentibus, staminibus corolla longioribus. Perennis in Europae temperatae, praecipue occidentalis, locis depressis humidis. *Poleimünze*, *Polei*. Menthe pouliot, Pouliot. *Puleggio*.

Herba florida, Herba O., caules pubescentes ramosi; rami simpliciusculi; folia opposita brevius petiolata, glabriuscula; calyces viridi-purpurascens cernui breviter pedicellati; corolla dilute violacea, laciniis lineari-ovalibus; recens et sicca odore subingrato spirituosus-graviusculo; sapore simili subcamphorato, inde tandem refrigerante.

MENYANTHES. Cl. V. O. Monogynia. Lysimachiae Juss. Corolla hirsuta. Stigma bifidum. Capsula unilocularis. *M. trifoliata* Lin., foliis ternis. Planta perennis palustris Europae. Trifolium fibrinum O. Dreiblätterige Zottenblume, Bitterklee. Trefle de marais, Tr. d'eau. Meniante, Trifoglio palustre.

Folia, Herba O., radicalia in petiolis teretibus striatis basi vaginantibus ternata, ovata, obtusa, interdum subrepanda, utrinque glabra, venosa, laete viridia molliuscula; parenchymate spongioso; vix odorata, amarissima. Ante anthesin collecta rite siccata per annos servari poterunt.

MESEMBRYANTHEMUM. Cl. XII. O. Pentagynia. Ficoideae Juss. Calyx quinquefidus. Petala numerosa, linearia, basi cohaerentia. Capsula carnosa, infera, polysperma. *M. crystallinum*, foliis alternis ovatis undulatis papulosis, floribus sessilibus, calycibus late ovatis acutis retusis. In solo arenoso maritimo Africae et Graeciae, nobis hortensis. Eisartige Zaserblume, Eiskraut. Ficoïde glacial, F. crystallin. Erba cristallina.

Herba recens, Herba O. Caulis primarius erectus digitalis, foliis oppositis; rami horizontales longissimi oppositi prostrati alterni, foliis alternis. Tota inodora; sapore primum aquoso subsalso refrigerante, dein acriusculo pungente, illi Acetatis Potassae simili. Ante anthesin colligenda.

MEUM. Cl. V. O. Digynia. Umbelliferae Juss. Involucrum nullum. Involucella oligophylla. Fructus prismatici; costis quinque acutis; valleculis planis; raphe excavata. *M. Foeniculum* Sprengelii, caule superne ramoso, foliis biternatis, foliolis lineari-filiformibus glaucis pinnatifido-trifidis, involucellis nullis. Planta biennis rupestris Orientis, Europae australis et Madagascariae, nobis culta. Foeniculum O. Fenchel. Fenouil. Finocchio.

Fructus, Semen O., lanceolatus, incano-virens, bipartibilis in semina plano-convexa quinquecostata, costis flavidis profunde sulcatis, nucleo oleoso fusco; odore aromatico grato; sapore pari dulciuseulo blando.

MYRISTICA MOSCHATA Lin. Cl. XXII. O. Monadelphia. Laurineae Juss. Muskatnufs (- Baum). Muscadier. Arbor Indiarum orientalium, praesertim Insularum et has inter Bandae.

Arillus Baccarum. Flores Macis, Macis O. Muskatblüthe, Macis. Fleur de Muscade. Mace. Sit coriaceo-pulposus; recens coccineus, siccatus rutilo-fulvus, splendoris cerei; complanatus; multifidus, laciniis linearibus acutis flexuosis divisis; pinguiusculus, glaber, laevis; fragilis, attamen flexilis (quo flexilior, eo melior); parenchymatis compressi sudantis Oleum odoris aromatico-acris propriae fragrantiae. Sit saporis paris insignis amari.

Nucleus, Nux moschata O. Muskatnufs. Noix muscade. Noce Moscada. Elliptico-globosus, cinereo-fuscus, reticulato-rugosus, sit ponderosus, solidus; parenchymatis fulvi ruminato-fusco-variegati, oleosi, duriusculi; odoris grati fragrantis aromatico-acris; saporis calidi linguam blande pungentis subpinguis.

MYROXYLUM PERUIFERUM Lin. Cl. X. O. Monogynia. Leguminosis adconsendum. Americae tropicae. Peruvianischer Balsambaum.

Balsamum e cortice illaeso aut inciso stillans vel surculis excoctum, optimum e Terrae firmæ regionibus aestuosissimis proveniens, olim e regno Peruviano nobis venale, inde *Peruvianum nigrum* in O. dictum. Sit spadiceo-nigrescens; fere opacum, in Guttis aut ad margines vitrorum colore brunneo pellucens; gravitatis specificae 1,160; consistentia Syrupo saccharino venali aequale, vix inter digitos ductile, guttatim papyro instillatum formam guttae fere tenens, vetustate spissescens; odoris benzoini gratissimi fragrantis; saporis primum mitis, dein fervidi, praecipue fauces urentis, subamari ingrati. Aquae infusum guttatim fundum petat, cuticula tenui, pellucida, illi imprimis bullienti innatante. In Alcoholis partibus quinque fere totum solvatur, solutione primum turbida, dein caloris ope se declarante, paucio sedimento floccoso demisso. Cum Oleis pinguibus non conjungatur. Acidum

sulphuricum coccineo colore imbuat, quin sub hoc connubio Acidum sulphurosum evolvatur; e contrario solum Acidum benzoicum sub hac miscela se odore prodat. Prunis instillatum odorem proprium gratum sarge spargat.

MYRRHA. Myrrhe. Myrrhe. Mirra.

Succus gummi-resinosus plantae nondum cognitae Arabiae, Aethiopiae, in specie Abyssinae, Arabibus Pola dicta, an de Amyride Kafal seu Kafaf Forskolei frutice Arabiae felicis? Gummi-resina Myrrhae. Myrrha electa O.. Frusta conglomerata vel grana difformia, quae sint pallide rufo-flaviuscula, nitoris pinguis, subpellucida, verrucoso-scabrida, levia; tactu, inprimis compressa, pinquiuscula; friabilia in pulverem coloris memorati unguinose cohaerentem; fragilia, fractura conchoidea maculis et striis albis, nonnunquam resegmentis unguium similibus, variegata et unguinose splendente; aromaticae nec inamoene, etsi graviuscule, fragrantia; saporis parvi amari et oleosi. Calcata non liquentur, sed inflammata deflagrent flamma lucida. In Aqua, quamvis solum partim, tamen facilius ac in Alcohole solvantur, solutione flava lactescente.

NEPHRODIUM. Cl. XXIV. O. Filices. Filices Juss. Sori rotundi dorsales. Involucrum reniforme, sinu affixum, marginibus liberum. *N. Filix mas* Sprengelii, Polypodium Filix mas Lin., Aspidium Filix mas Swartzii, frondibus subpinnatis, pinnis lanceolatis, pinulis oblongis obtusis crenatis, stipite toto cum nervo paleaceo. Perennis in sylvis et umbrosis Europae. Filix Mas O. Männliches Farnkraut. Fougère mâle. Felce maschia.

Bases Stipitum et parenchyma Radicis carnosum, male radicis in O. nomine complexa. *Bases stipitum* de frondibus annue deciduis, quae non sint ultra unum alterumve annum vestustae, bulbosae, sibi adpressae et subintricatae, oblongae sursum attenuatae; falcatae inaequaliter sulcatae, inde transversim discissae exhibentes marginem lobato-sinuatum; recentes epidermide flavo-viridi, siccae brunneo-nigricante; tectae squamis emarcidis paleaceis ferrugineis; parenchymate medullosa, in recentibus viridi flavo, in siccis pallide e rubello luteo, minutim poroso levi; recentes odore

nauseoso, primum dulciusculae, dein austerae subacres, tandem amarae; siccae vix odoraе, sapore dicto.

Radix fibrosa, crassa, subcarnosa; fibris flexuosis contortis brunneis; parenchymate rhizomatis illi basium stipitum simili. Utraque pars vere collecta, a fibris et squamis mundata, rejecta portione rhizomatis jam lignescente, bene et cito loco umbroso siccata, in vitris probe claudendis loco frigidusculo luci subtracta servanda est. Pulvis sit flavo-virens, etsi parum odoratus, tamen saporis nauseosi memorati insignis nec longius proset.

NICOTIANA. Cl. V. O. Monogynia, Solanae Juss. Corolla infundibuliformis, limbo plicata. Stamina inclinata. Capsula bivalvis, bilocularis, polysperma. *N. Tabacum* Lin., foliis ovato-lanceolatis sessilibus decurrentibus, floribus acutis Americae mediae et australis spontanea, ibi perennis, nobis culta annua, Nicotiana O. Taback. Tabac. Tabacco.

Folia in caule erecto tereti villosa subviscido alterna, sessilia; inferiora parum decurrentia; pro soli indole patentia; acuta, inferne attenuata, integerrima, pubescentia, viscosa; superne obscure, subpallidius viridia; sicca flavescens; costis albo-virescentibus percursa; odoris insignis, caput gravantis; saporis nauseosi valde acris amari. Ante anthesin colligenda.

* OCYIMUM. Cl. XIV. O. Gymnospermia, Corymbiferae Juss. Calyx labio superiore orbiculato; inferiore quadrifido. Corollae resupinatae alterum labium quadrifidum; alterum indivisum. Filamenta exteriora basi processum emittentia. *O. Basilicum* Lin., foliis ovatis glabris, calycibus ciliatis. Annuum Indiarum orientalium et Persiae, nobis hortensis. Basilicum, B. majus, B. citratum O. Gemeines Basilienkraut, Königskraut. Basilic commun, Basilic. Basilico, B. grande.

Folia, Herba O., acuta, integerrima, mollia, subsucculenta, lucide viridia aut subpurpureo-brunnescentia; odore grato, Majoranam aemulante, ast subtiliori; sapore pari debiliori.

O. minimum Lin., foliis ovatis integerrimis, pariter annua et ejusdem patriae. Kleines Basilienkraut. Petit Basilic. Basilico pino aequè adhiberi poterit.

OENANTHE. Cl. V. O. Digynia. Umbelliferae Juss. Involucrum nullum. Involucella Polyphylla. Flosculi saepe radiantes, polygami. Fructus prismatici, costis quinque acutis vel obtusis, apice calyce pistillisque coronati. O. *Phellandrium* Sprengelii, *Phellandrium aquaticum* Lin., caule ramoso fistuloso sulcato, foliis subtripinnatis, foliolis divaricatis ovatis inciso-dentatis, pedunculis axillaribus. Perennis Europae in paludosis *Phellandrium aquaticum*, *Foeniculum aquaticum* O. Wasserfenchel, Pferde-fenchel. *Phellandre aquatique*, *Cicutaire des marais à feuilles menues*. *Felandro aquatico*, *Fellandrio a*.

Fructus, *Semina* O., ovato-oblongi, vix compressi, obsolete striati, subacuti, brunneo-virentes; coronati margine parvo et plerumque stylis duobus subulatis; bipartibiles in semina duo, hinc plana inde convexa; graveolentes; sapore ingrato aromatico acriusculo amaro.

OLEA. Cl. II. O. Monogynia. Jasmineae Juss. O. *Europaea* Lin. O. sativa *Hoffmannseggii*. Arbor Europae australis, Asiae vicinae et Africae borealis, partim culta. *Europäischer Oelbaum*. *Olivier*. *Olivo*.

Oleum e drupis, quas inter italiae praevalent, modo maturis, levi expressione sine ope caloris obtentum. *Oleum Olivarum virgineum* O. *Jungfern-Olivenöl*. Huile fin ou vierge. *Olio vergine*. Sit albedo-flaviusculum; gravitatis specificae 0,915; vix odoratum; saporis grati dulciusculi, non nimis dulcis, mitis. 1° calor incipiat spissescere, calore versus 0° vergente penitus incrassetur, induendo colorem citrinum, calore — 1 in massam albam granuloso-crystallinam abeat.

NB. *Oleum Olivarum commune* O., *Gemeines oder Baumöl*, secunda eaque fortiori druparum aquae fervidae infusarum expressione lucratum, coloris obscurioris flavo-virentis, non nimis spissum; odoris proprii inatmoeni etsi debilis, nec rancidi; saporis paris, ad paranda *Emplastra saturnina* adhibere poteris.

ORCHIS. Cl. XX. O. Monandria. Orchideae Juss. *Corolla pentapetala*, petalo superiore fornicato. *Labelium* basi subtus calcaratum. *Anthera terminalis adnata*.

Bulbi penitus evoluti plurium specierum Asiaticarum ad familias sic dictas testicularum aut palmata-

rum pertinentium, praecipue *O. masculae* Lin. Salep-Ragwurz. Kuckucksblume. Orchis mâle, Mâle-fou et *O. Morionis* Lin. Triftenragwurz, Pikelhäring. Morion, Orchis bouffon. Folie femelle, magnitudine nostratibus praevalentes, decorticati, in furno siccati, plerumque perforati et filis gossypinis inducti.

Bulbi, Radix Saleb seu Salep O., oblongo-rotundati, tuberosi; subtus saepe acuminati, rarius palmati; variae magnitudinis ab illa Fabae arabicae usque Nucis juglandis; albido-flaviusculi aut leviter grisei, qui nunquam fuscescant; quo pellucidiores, eo meliores; glabri aut vix rugosi; corneae duritiei; pulverati exhibentes pulverem album; inodori; masticati mucilaginosissimi fatui.

Bulbi nostratium harum specierum aliarumque uti *O. bifoliae* Lin. (zweyblättrige R., Orchis blanc. Orchis con due foglie), *latifoliae* Lin. (hohlstielige Ragwurz, Orchis à larges feuilles); *maculatae* Lin. (Gefleckte R. Orchis à feuilles tachetés), *militaris* Lin. (Dunkelrippige R. Guerriere), *pyramidalis* Lin. (Pyramidalische R.), pro climatis et soli minus aridi differentia minores, tamen si memoratae indolis sint, aequae adhiberi possunt. Colligendi seminibus maturis scapoque marcescente, aqua frigida lavandi, deterendo simul linteo rudiori epidermidem, per fila trajiciendi et leni calore siccandi.

ORIGANUM. Cl. XIV. *O. Gymnospermia*. Labiatae Juss. Strobilus tetragonus, spicatus, calyces colligens. Corollae labium superius erectum planum, inferius tripartitum, laciniis aequalibus. *O. Majorana* Lin., spicis subrotundis ternis, compactis pedunculatis, foliis petiolatis ellipticis obtusis glabriusculis. Planta annua Orientis, in Lusitania et Hispania propagata, nobis hortensis. Majorana O. Majoran. Marjolaine. Maggiorana.

Herba florida, Herba O., folia in caule erecto tetragono et in ramulis conformibus opposita, petiolata, ovalia, obtusa, punctata, venis lineata, pubescentia, e viridi albicantia; flores inter foliola strobilorum ovato-subrotunda imbricata sessiles, albi. Tota odore fragrante grato, sed gravi; sapore simili balsamico subcamphorato acriusculo subamaro. Folia recentia subsucculenta.

* *O. vulgare* Lin., spicis subrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis. Planta perennis monticola Americae septentrionalis et Europae. Origanum O. Gemeiner Dosten, Wilder Majoran. Origan. Origano, Bergamo.

Folia et Summitates floridæ, Herba O. Folia in caule erecto tetragono purpurascenti-fusco ramoso opposita, petiolata, ovato, obtusa; subtus pubescentia; utrinque punctata, subciliata.

Flores in spicis subrotundis paniculato-corymbosis rosei inter bracteas ovatas calyce longiores uti folia odore fragrante balsamico graviusculo non ingrato; sapore aromatico subacriamaro, Mentham crispam aemulante. Folia et flores eodem tempore collige.

OXALAS POTASSAE ACIDULUS. Sal Acetosellae O. Saure kleesauere Pottasche, Kleesalz. Oxalate acidule de Potasse. Sel d'Oseille. Oxiossalate di Potassa.

E variis speciebus Oxalidis, uti Acetosolla corniculata, striata, trifoliata, Rumice Acetosa aliisque plantis succi acidi et quidem e succo expresso clarificato, crystallisatione paratus. Sit albus, opacus, exhibeat parallelopipeda cuneato-aggregata, apice oblique truncata; saporis intense acidi subausteri, solubilia in triginta partibus Aquae, dum calore 14° sit et in sex bullientis.

PAPAVER. Cl. XIII. O. Monogynia. Papaveraceae Juss. Corolla tetrapetala. Calyx diphyllus. Capsula unilocularis, sub stigmate persistente poris dehiscens.

P. Rhoeas Lin., capsulis glabris globosis, caule piloso multifloro, foliis pinnatifidis incisis. Planta annua agrestis Europae. Papaver erraticum, P. Rhoeas O. Ackermohn, Klapperrose. Pavot sauvage. Coquelicot. Papavero salvatico, Rosolaccio.

Petala, Flores O., floris longius pedunculati petala recentia punicea; siccata purpureo-violacea; suborbiculata; ungue nigro; erecto-patentia; recentia subpinguia; odore inamoeno subnarcotico; sapore simili; sicca inodora, ori mucilaginosa. Evoluta carpenda.

P. somniferum Lin., calycibus capsulisque glabris, foliis amplexicaulibus incisis. Annuum Orientis, in Europa australi et temperata hortensis. Varietas semine albo et nigro (coeruleo-nigricante). Gemeiner Mohn, Gartenmohn. Pavot de jardin. Papavero domestico.

Capsulae immaturae, Capita Papaveris O. Mohrköpfe. Capsules de Pavot, Têtes de P., globosae, nitidae; recentes glabrae, glauco-coerulescentes; siccae rugosae flavo-testaceae; stigmatate persistente peltato, apice sub hoc quaterdecies hiante, laciniis totidem obtusis subrevolutis; dissepimentis ptheriphericis incompletis; maturae sapore amaro ingrato ori inhaerente; foventes semina numerosa minuta alba reniformia, punctis excavatis insculpta; sapore dulci pingui.

Succus capsularum immaturarum orientalium inspissatus. Opium, Meconium O. Mohnsaft. Opium. Opio, vel sponte vel e sauciatis manans, imo expressus; venalis in panibus orbicularibus infra planis, supra concavis, foliis involutis et saepe seminibus aspersis. Sit e rufo spadiceum aut fuscum, opacum; madefactum flavescente colore depingens; nitidum; extus compactum, durius fractu tenax, intus mollius subpulposum inaequalisque compagis; digitis adhaerens et emolliendum; siccatum triturae flavae; odoris proprii viroso-nauseosi narcotici; saporis intense amari, acrimonia insigni fauces vellicantis. Salivam colore flavovirente tingat, facile totum comburatur. Potius in Aqua quam Alcohole, ast fere totum in Vinis alcoholicis genuinis relictis modo corporibus alienis solvatur. Solutiones omnes ejus admixta Ammonia pura liquida sedimentum copiosum floccosum demittant, et instillate Muriate Oxidi Ferri colore fusco imbuantur, cadente sedimento. Opium solum mechanice a quisquiliis mundes, et loco sicco probe contra aëris influxum in vitris munias. Pro redactione in pulverem solum calore 20° non superante sicca. Pulvis nunquam longius prostet, servandus in vitris parvis exacte clausis.

Semina matura colligenda sunt.

PARMELIA. Cl. XXIV. O. Lichenes. Algae Juss. *P. parietina* Achar. Lichen parietinus Lin. In Europae arboribus parietibusque ligneis aut lapideis. Lichen parietinus O. Gemeine gelbe Baumflechte, Wandflechte. Lichen de murs. Lichene dei muri.

Lichen membranaceus, orbiculariter expansus, lobatus, lobis radiantibus planis apice dilatatis rotundatis crenatis crispis, scutellis orbicularibus margine tenui integerrimo onustus; totus croceo-flavus, subtus pallidior, fibrillosus; odoris debilis mucidi non ingra-

ti; saporis mucidi adstringentis amari, parum balsamici, corticis peruviani sapor non alieni; pulveratus lucide viridis. Autumno optime post levem imbrem et quidem melius de parietibus aut sepibus, quam de vivo cortice, colligendus, depurandus ab immunditiis et partibus vetustate corruptis ac sole siccandus.

PHOENIX DACTYLIFERA. Lin. Cl. XXII. O. Hexandria. Palmae Juss. Palma Orientis, Africae borealis et Europae australioris. Gemeine Dattelpalme. Dattier. Palma dattilifera.

Drupae siccatae. Dactyli O. Datteln. Dattes. Datteri. Cylindricae vel conicae; apice obtusae; mammillatae; epidermide subdiaphana rubello-flava glabra; parenchymate pulposo, parum odorato saccharino, quod neutiquam austerum sit; tunica nivea tenera obvolvante semen cylindricum osseum, cinereo-brunescens, hinc longitudinaliter sulcatum.

PINUS Cl. XXI. O. Monadelphia. Coniferae Juss. Masculi Calyx tetraphyllus. Corolla nulla. Stamina plurima. Antherae nudaе. Foeminei Calicis Strobili squama biflora. Corolla nulla. Pistillum unum. Nux ala membranacea excepta. *P. Abies* Lin., foliis solitariis tetragonis, strobilibus cylindricis, squamis rhombeis complanatis margine repandis erosis. Arbor in Asiae et Europae borealis et ultimae temperatae humidiusculis. *Abies* O. Fichte. Pesse, faux Sapin, Sapin rouge. Picea.

P. Larix Lin., foliis fasciculatis deciduis, strobilibus ovato-oblongis, squamarum marginibus reflexis laceris, bracteolis panduriformibus. Arbor Europae mediae alpina et subalpina, atque Sibiriae, passim culta. *Larix* O. Lärche, Lerche. Méleze. Larice.

P. picea Lin., foliis solitariis planis emarginatis pectinatis, squamis coni obtusissimis adpressis. Arbor in Sibiriae et Europae borealis ac mediae alpinis ac montosis. *Pinus picea*, *P. alba* O. Tanne, Weis-Edel-Tanne, Edelfichte. Sapin. Abete, Abeto.

P. sylvestris Lin., foliis geminis rigidis, conis ovato-conicis longitudine foliorum subgeminis basi rotundatis. Arbor Asiae, Americae et Europae borealis ac temperatae in glareosis. *Pinus* O. Kiefer, Föhre, Pin, Pin sauvage. Pino, Pino salvatico.

Balsamum Pini Laricis. Terebinthina laricina, T. veneta O. Terpentin, Venetianischer T. Térébenthine, T. de Venise. Terebintina, T. Veneta. Ex arbore aut sponte aut aliquot pedum altitudine super solum terebrata stillans, etiam de aliis speciebus Pini recipienda, si sit subflavens, pellucida, parum tenax; gravitate specifica 0,991; odore fortissimo balsamico suavi; sapore pari miti, neutiquam amaro.

Gemmae foliaceae Pini Abietis. Turiones Pini O. Fichtenknospen; terminales, aggregatae, cylindricae, acutae; undique imbricatae squamis linearibus albidis membranaceis pruinosis; parenchymate molliusculo fragili viscido; odore balsamico grato; sapore pari amaro, utroque facile pereunte.

Oleum aethereum Laricis. Oleum Terebinthinae O. Huile de Térébentino. Olio di Terebintina. Sit incoloratum, tenue; gravitatis specificae 0,870; valde volatile; odore terebinthinaceo forti; sapore urente; summe inflammabile.

Resina Pini, Resina alba O., in hisce et communiter etiam Pix alba vocata. Fichtenharz. Resin de Pesse, parata e communi, praecipue de Pino Abiete stillante, fusa, ab immunditibus depurata, ad consistentiam Cerae flavae cocta et colata aut de distillatione Terebinthinae residua depurataque, Terebinthina cocta, Colophonium vel Resina citrina dicta, flaviusculo-alba, pellucens, sicca; solidior, attamen friabilis; fere inodora aut odore balsamico levi; parum saporis exhibens.

Resina aethereo-oleosa, Pix O. Pech. Poix. Pece. E Pino Abiete, Picea et sylvestri et quidem e succo ex arboribus perforatis stillante et aëris influxu concreto, addita Aqua, saepe adjecto cortice harum arborum liquato ac colata parata. Plus minus e brunneo flavescens aut albidior; splendens; fragilis in fragmina plano-conchoidea; calore manus facile emollienda, tum tenax et ductilis; odore terebinthinaceo; sapore calido pari.

Resina Pini empyreumatica liquida, Pix liquida nigra. Pix Cedria vulgo et in O. dicta. Theer, Flüßsiges Pech. Goudron. Liquidum distillatione sicca e ligno ramorum trunci et radicis Pini Abietis, piceae et sylvestris obtentum et quidem pars liquidorum inde

prodeuntium brunneo-fusca, subdiaphana; crassior
in el crudum consistentia aequans, viscida in fila duc-
tilis; odore balsamico-empyreumatico taedae; sapore
pari pingui acido.

Resina Pini empyreumatica solida, vulgo ac in
O. Pix navalis, Pix atra solida. Schiffspech, vel sicca
destillatione ligni valde resinosi, in primis Pini sylvestris
vel evaporatione Resinae Pini empyreumaticae liquidae
obtentae; exhibens frusta atra; ad angulos subpellucida;
frigida fragilia in fragmina plano-conchoidea nitida; ca-
lore manus emollita tenacia; odore taedae; fere insipida.

Resina Pini fusa, communiter et in O. Colopho-
nium vocata. Brai sec, Colophane. Colofonio. Ple-
rumque de destillatione Terebinthinae residua, satu-
rate rubro-fulva; pellucens; splendore proprio; rum-
penda in fragmina plano-conchoidea; friabilis, tritu-
ra e flavo albicante. Sit odoris, nisi trita, debilioris,
neutiquam terebinthinacei, in Resinam Pini inciden-
tis, insipida; in Alcohole et Potassa pura liquida pe-
nitus solubilis.

PISTACIA LENTISCUS. Cl. XXII. O. Pentandria.
Terebinthaceae Juss. Arbor Asiae minoris, Europae
australis et Africae borealis, passim, in primis in insu-
la Chio culta.

Resina aestate siccissima sponte, praecipue vero
ex cortice trunci et ramorum transversim inciso in la-
crymis stillans aë mox sole indurescens. Mastiche elec-
ta vel in granis O. Mastix. Mastic. Mastiche. Grana
difformia, Lentis usque Fabae magnitudinis; plerum-
que saltem majora oblonga et complanata, albido-stram-
minea, pellucida, vitrei splendoris, levia, sicca; at-
tactu a pulvere detrito aspera; friabilia, tritura alba;
valde fragilia, fractura vitreo-conchoidea; odoris, prae-
sertim accensa, suavis balsamici; saporis debilis parvis
amariusculi. Masticata, etsi primum dissiliunt, dein
lentescant. Levi calore liquentur et accensa vivide de-
flagrant fumo fuliginoso. In Alcohole bullienti soluta
non ultra decimam partem sui ponderis irresolutam
relinquant. In Oleo Terebinthinae facile solvantur.

* PLANTAGO. Cl. IV. O. Monogynia. Plantagi-
nae Juss. Calyx quadrifidus. Corolla quadrifida; lim-
bo reflexo. Stamina longissima. Capsula bilocularis;

circumscissa. *P. Cynops* Lin., caule suffruticoso, perennis Europae australioris, Aegypti et Sibiriae. Strauchartiger Wegerich. Herbe aux Puces vivace. *Pl. Psyllium* Lin., caule ramoso herbaceo, foliis subdentatis recurvatis, capitulis aphyllis. Annua Aegypti, Europae australis ac temperatae in arenosis cultis, in Gallia culta. *Psyllium* O. Betäubender Wegtritt. Herbe aux Puces annuelle. Silio, Pulicaria.

Semina utriusque promiscue adhibenda, *Semina Psyllii* in O, aequae dicta. Flöhsaame; sunt ovali-oblonga, compressa, utrinque obtusa; hinc convexa inde subconcava; testa rufo-fusca nitida; nucleo albo; inodora; sapore primum muciliginoso nauseoso, dein acri.

POLYGALA. Cl. XVII. O. Octandria. Polygalae Juss. Calyx pentaphyllus; foliolis duobus alaeformibus coloratis. Legumen obcordatum, biloculare. *P. amara* Lin., floribus cristatis racemosis, alis calycinis trinerviis obtusis corolla longioribus, calycibus erectiusculis, foliis obtusis, radicalibus ovatis. Perennis in Europae temperatae subalpinis siccis. Polygala amara O. Bittere Kreuzblume. Polygala amer. Poligala amara.

Herba ante anthesin colligenda, Folia radicalia in orbem disposita, obovata, magna, integerrima, glabra, subcoriacea; caulina in caulibus pluribus suberectis tenuibus; utraque radice amariora.

* *Radix* fusiformis, rhizomate brevi nodoso, inferne diviso in fibras dense ac rigide fibrillosas; epidermide luteo-fusca; cortice flaviusculo tenui; parenchymate albo lignoso; amara, subacris, excepta parte lignosa. Nonnunquam herba et radix nimis fatua nec ut tales adhibendae sunt.

P. Senega Lin. Perennis Americae temperatae et borealis. Senega O. Klapperschlangen-Wurzel. Polygale de Virginie, Racine de Serpent à sonnettes. Polygala Senega; rhizomate brevi circiter digitum crasso; subnodoso rugoso-annulato; agente ramos duos ad tres pollices longos tortos articulatos annulatos, rugosos, rugis per plures articulos decurrentibus; epidermide cinereo-flavescente; cortice flavescente crasso resinoso-splendente fragili; parenchymate albo lignoso; vix odorata; sapore ex cortice primum submucoso, dein acidosalso acri, quasi rancore fauces vellicante.

Sor
crui
pin
mat
cau
Eur
farr
Felo

riur
fibr
epid
vire
sape
eulo

Caly
nux
silib
con
sylv

apic
rasc
eo s
date
sape
pros

ovat
aust
nori

Ceri
chyr
acid
host

Ianc
Asia
bau

POLYPODIUM. Cl. XXIV. O. Filices. Filices Juss.
Sori subrotundi, seriati, sparsi vel conferti. Involucrum nullum. *P. vulgare* Lin., frondibus profunde pinnatifidis, laciniis lineari-obtusis crenulatis approximatis superioribus sensim minoribus, soris solitariis, caudice paleaceo. Perennis in Americae borealis et Europae rupibus arboribusque. Polypodium O. Süsfarren, Engelsüfs. Polypode commun ou de Chêne. Felce quercina.

Radix circiter pedem longa et calamus scriptorium crassa, compressa, torta, tuberculosa; radículas fibrosas demittens; tecta squamulis paleaceis fuscis; epidermide brunnea vel fusca; parenchymate flavovirente, rarius subrubente fragili striato; inodora fere; sapore nauseoso-dulci, tandem rancido acri-amariusculo. Vere colligenda.

PRUNUS. Cl. XII. O. Monogynia. Rosaceae Juss.
Calyx quinquefidus, inferus. Petala quinque. Drupae nux suturis prominulis. *Pr. Avium* Lin., umbellis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis, subtus pubescentibus, conduplicatis. Arbor Europae australis et temperatae sylvatica. Vogel- oder Wald-Kirsche. Merisier. Visciolo.

Drupa. Cerasa nigra O., pendula, subrotunda; apice obtuso depressiusculo; epidermide atro-purpurascente; parenchymate carnosio-venoso, turgente succo sanguineo dulci, fovente putamen albescens rotundato-ovatum acutum semine albo striato, odore et sapore Amygdalas amaras aemulante. Etiam siccata prodest.

Pr. Cerasus Lin., umbellis subpedunculatis, foliis ovato-lanceolatis glabris conduplicatis. Varietas drupa austera acidissima, succo sanguineo. Arbor Asiae minoris, nobis culta.

Drupa. Cerasa acida O. Sauerkirsche. Cerise aigre. Cerigia salvagia; globosa; epidermide rubra; parenchymate carnosio, turgente succo sanguineo inodoro acido-dulci subaustero, fovente putamen albescens globosum, nucleo albo striato amygdalino.

Pr. domestica Lin., pedunculis subsolitariis, foliis lanceolato-ovatis convolutis, ramis muticis. Arbor Asiae et Europae australis in locis elatis. Pflaumenbaum. Prunier. Prugno.

per-
cauch-
allium
recur-
ustra-
cultu.
Puces

emina
li-ob-
xa in-
albo;
dein

galae
mibus
amara
riner-
iuscu-
n Eu-
ra O.
ra.

icalia
rima,
s sub-

infer-
pider-
nchy.
te lig-
a nec

tae et
Poly-
Poli-
rasso;
d tres
rugis
ereco-
splen-
dora-
acido-

Drupae aestu fornacis siccatae. Pruna O. Gedörrte Pflaumen. Sint parenchymatis sat carnosi, acidulo-dulcis nec fumo aut igne corruptae.

Pr. Lauro-Cerasus, floribus racemosis, foliis semper virentibus dorso ad basin biglandulosi. Frutex Orientis et Europae australioris, nobis hortensis. Lauro-Cerasus O. Hirschlorbeer. Laurier - Cerise, Laurier amandé. Lauroceraso, Lauro regio.

Folia recentia in petiolis teretibus superne sulcatis alterna, ovali-oblonga, acuta, margine subrevoluta, utrinque glabra, coriacea; sursum nitida et laete viridia, subtus pallidiora; integra vix odorata, trita nucleos Malorum persicorum contusorum redolentia; saporis styptici, Amygdalis amaris similis, ast fortioris; siccata inodora et fere insipida; valde venefica.

* *Pr. Padus* Lin., floribus racemosis, foliis deciduis basi subtus biglandulosi. Arbor nonnunquam frutescens in Europae humidis. Traubenkirsche, Elsenbeere. Putier, perverse Bois de Sainte Lucie dicta. Pado.

Cortex ramulorum non sit ultra duas lineas crassus; epidermide virente-fusca glabra; parenchymate lucide brunneo, in sicco fragili; recens odore Amygdalarum amararum forti, siccando facile pereunte; sapore pari amarissimo austero subacri. Ante foliorum eruptionem detrahendus et caute siccatus, in vitris bene clausis loco frigidiusculo servandus.

Pr. spinosa Lin., pedunculis solitariis, foliis elliptico-lanceolatis subtus pubescentibus, fructibus rectis, ramis spinosis. Frutex Americae septentrionalis et Europae in locis elatioribus. Acacia germanica O. Schlehdorn. Prunellier, Prunier sauvage. Prugnolo, Pruno salvatico.

Flores sparsi in ramis ramulisque solitarii vel aggregati, calycibus glabris, laciniis ovatis, petalis obovatis albis; recentes odore floribus Amygdali persicae similes, sicci fere inodori; sapore amariuscule.

PYRETHRUM. Cl. XIX. O. Superflua. Corymbiferae Juss. Receptaculum nudum. Pappus marginatus. Calyx hemisphaericus, imbricatus, squamis acutiusculis, margine scariosis. *P. Parthenium* Willd. Matricaria Parthenium Lin., foliis pinnatis, pinnis oblongis

obtusis pinnatifidis dentatis, summis confluentibus, caule ramoso, floribus corymbosis, radio calyce fere duplo longiore, pappo dentato. Perennis Europae temperatae et australis in ruderatis, marginibus cultorum et in hortis. Matricaria O. Mutterkraut. Matricaire. Matricaria, Marella.

Rami florentes, Herba O., folia in ramis alterna petiolata, plana, pallide viridia; utrinque glabriuscula et punctis impressa; flosculi disci hemisphaerici lutei, radii albi tridentati. Utraque odore fragrante, quasi Chamomillam et Tanacetum simul aemulante, graviusculo; sapore pari amaro.

PYRUS. Cl. XII. O. Pentagynia. Rosaceae Juss. Calyx quinquefidus. Petala quinque. Pomum inferum, quinqueloculare, polyspermum. *P. Cydonia* Lin., foliis integerrimis, floribus solitariis. Arbor cretica, in Europa australi culta et propagata. Quittenbaum. Coignassier. Cotogno.

Semina, S. Cydoniorum in O. Quittenkerne. Grains de coing. Seme della Cotogna, in singulo loculamento plura, multa mucilagine involuta et conglutinata, oblongo-ovata, compressa acuta, saepius triquetra; testa castanea membranacea, in melioribus nitidiore; nucleo albo vel lutescente; mucilagine turgida; inodora; sapore fatuo mucilaginoso.

P. Malus Lin., umbellis sessilibus, foliis ovato-oblongis acuminatis serratis glabris, unguibus calyce brevioribus, stylis glabris. Arbor Europae spontanea et culta. Apfelbaum. Pommier. Melo.

Poma, varietatis cultae fructa acidulo. Poma acidula O.

Sint matura, incorrupta.

QUASSIA EXCELSA Swartzii, Cl. X. O. Monogynia. Quassiae Juss. Arbor in Americae tropicae sylvis primaevae.

Lignum cum cortice trunci, ramorum et supremae partis radice, Lignum Quassiae O. Quassie, Bitterholz. Bois de Quassie. Quassia, epidermide tenui cinerascens rugulosa; cortice tenui pallide flaviusculo compacto, una cum libro facile detrahendo a ligno levi radiato fibroso-lamellosa pallido, amarore quidem

summo aut minore quam cortex. Lignum et cortex aliarum specierum imo intensius amararum, uti Quassiae amarae Lin., nobis non venduntur.

QUERCUS Cl. XXI. O. Polyandria. Amentaceae Juss. Masculis calyx quinquefidus fere. Corolla nulla. Stamina quinque ad decem. Foeminei calyx monophyllus, integerrimus, scaber. Corolla nulla. Styli duo ad quinque. Nux coriacea, calyce persistente basi cincta.

Qu. infectoria Oliverii. Arbor Asiae minoris. *Excrescentiae* foliorum oribundae punctura Cynipis Quercus folii Lin., Gallae dictae. Gallae turcicae vel alepenses O. Noix de Galle, Galles d'Alep. Galle, Noce di Gallà; Griseo-caeruleae vel fusciscentes, globosae, verrucoso-echinatae, rugosae, subpedunculatae; durae, quas inter imperforatae et ponderosiores praevalent; parenchymate nuclei subglobosi lutei vel flaventis, fracto nitente nigricante. Proveniunt etiam de *Qu. Aegylope* et *Qu. Esculo* Lin., arboribus Orientis et Europae australioris. Europaeae, etiam in *Qu. Cerri* et *Qu. Robore* Lin. obviae, pallidiores aut rubescentes, perforatae, parenchymate rariore, non adhibendae sunt.

Qu. Robur. Lin. foliis petiolatis oblongis glabris sinuatis, lobis rotundatis, fructibus oblongis sessilibus. Cum sequente specie in O. Quercus dicta. Stein-Winter-Eiche. Chêne rouvre. Rovero.

Qu. pedunculata Willd., *Qu. racemosa* Lamarckii, foliis oblongis subsessilibus glabris sinuatis, lobis rotundatis, fructibus oblongis pedunculatis. Stiel-, Wald-Sommer-Eiche. Chêne à Grappes. Quercia. De utraque hac arbore Europae sylvatica aequè adhiberi poterunt:

Cortex ramulorum. Non sit ultra tres lineas crassus; epidermide cinerea aspera; parenchymate fibroso-compacto, extus in recenti flaviusculo, intus rufescente, in sicco rubigineo; odore debili, principium tannicum zemulante; sapore valde austero amariusculo. Ante foliationem detrahendus.

* *Folia* fere inodora; styptico sapore. Vere nuper evoluta carpenda.

Nuces seu Glandes quernae O. ovatae; testa coriacea nitida glabra; semine conformi, extus rufescentialbo; parenchymate albido firmo solido.

RHEUM Cl. IX. O. Trigynia. Polygonaceae Juss.

Radix speciei nondum penitus cognitae, verosimili-

ter autem Rh. palmati Lin., in montibus excelsis Regni Tibetani spontaneae, quae decorticata, in frusta difformia discissa et exsiccationis gratia late perforata a Bucharis Kiachtam, emporium ruthenicum trans Sinam, et inde nobis adfertur. Male inde in O. Rheum sinense seu ruthenicum, Chinesische oder russische Rhabarber, Rhabarber de Bucharie ou de Chine. Rabarbaro di Chinae, sed justius electum vocatum.

Frusta sint ex albo- aut rubello-, vix hinc inde ex subviridi flaventia, nunquam fusciscentia; inpolita; etsi subspongiosa, attamen sat solida, neutiquam quasi lapidea; trituratae laete flavae, in colorem rubellum vergentis; rumpenda in fragmina aspera inaequalia, terreo-sublamellosa, sat flava, percursa striis et maculis albis aut rubellis; odore proprio non nimis ingrato; sapore pari quidem, ast plus nauseoso, amaro subaustero. Masticata inter dentes strideant, tingendo mox salivam flavedine crocea saturata, nec in ore lentescant.

* RHUS RADICANS Lin. Cl. V. O. Trigynia. Terebinthaceae Juss. idem specie cum Rhoe Toxicodendro Lin. Frutex in Americae temperatae et borealis, praecipue Virginiae et Canadae udis, nobis hortensis. Wurzelnder Sumach. Sumac traçant. Summaco radicante.

Folia, Herba O. ternata, foliola ovata acuta integra aut sinuato-crenata; supra glabra aut pubescentia, subtus pube densiore; obscure viridia; recentia scatentia, uti totus frutex, succo e luteo lacteo, nigro depingente, aëris influxu nigrescente, acri; cutim tactu inflammante, venefico, in sicco imo jam in flaccido non aequae deleterio. Serva uti venenum in vitris clausis.

RIBES Cl. V. O. Monogynia. Cacti Juss. Petala quinque et stamina calyci inserta. Stylus bifidus. Bacca polysperma infera. *R. rubrum* Lin. inerme, ramis glabris nutantibus, floribus planis, foliis obtuse quinquelobis, caule erecto. Frutex Sibiriae et Europae septentrionalis in sylvis et dumetis elatis, nobis hortensis.

Baccae recentes, Ribia seu Ribesia rubra O. Rothe Johannisbeeren. Groseilles rouges. Ribi rossi, Uva de frati. Globosae, in vertice umbilico emarcido; epidermide subdiaphana rubra glabra nitente; parenchymate scatente succo lacte rubro vix odorato; sapore grato e dulci acidulo subvinofo, fovente semina pedicellata

orata. Varietas fructu albo, *Ribia alba* O., aequè adhiheri potest.

RICINUS COMMUNIS et viridis Lin. Cl. XXI. O. Monadelphia. Euphorbiae Juss. Suffrutices ambarum Indiarum, nobis passim hortenses. Ricinus, Palma Christi O. Gemeiner, grüner Wunderbaum. Ricin, Palme de Christ. Ricino, Fagiuolo d'India.

Oleum pingue Seminum expressum, *Oleum Ricini*, S. Castoris O. Ricinusöl, Castoröl. Sit pallide flavens, lentiusculum; solum intensiori frigore cogendum; inodorum; sapore miti cannabino, neutiquam ori aut faucibus acre. Accensum deflagret fere sine fumo et fuligine et in Alchhole absoluto integre solvatur.

ROCELLA TINCTORIA Acharii Cl. XXIV. O. Lichenes. Algae Juss., Lichen Roccella Lin. In rupibus maritimis Europae australis et insularum Africae occidentalium. Orseille, Strauchartige Färberflechte. Lichen rocelle, Orseille. Oricello.

Lacca coerulea. *Lacca Musci*, male etiam musica dicta O. Blauer Lack. Lacque bleu. Substantia mucilaginosa-tinctoria, ex hoc et aliis Lichenibus pulveratis, additis alcalinis, fermentationi commissis, pigmento inde obtento in molendina trito cribrato et in tabulas oblongo-quadratas redacto, praeparata. Sint pulchre et mere cyanae, adpectu terreae, leves; solidae quidem, ast depingentes, et fracturae terreo-asperae; odore subalcalino; sapore pari insigniore. Pigmentum maxima ex parte solvatur in Aqua calore 14°, solutione additis Acidis effervescente et restituto colore ejus genuino rubello.

ROSA Cl. XII. O. Polygynia. Rosaceae Juss. Petala quinque. Calyx urceolatus, quinquefidus, carnosus, collo coarctatus. Semina plurima hispida, calycis interiori lateri affixa. *R. centifolia* Lin. germinibus ovatis pedunculisque hispidis, caule hispido aculeato, petiolis inermibus. Frutex Asiae temperatae, nobis hortensis. Rosa incarnata, *R. pallida* O. Centifolien-Rose, Gartenrose. Rose à cent feuilles, Rosa rossa.

Flores terminales, erecti, in pedunculis aculeis parvis pilisque glanduliferis obsitis; calyce monophyllo, tubo globoso laciniisque lanceolatis acuminatis, pilis glanduliferis instructis; corolla plena petalis obovatis; odore aromatico gratissimo, siccando non pereunte;

sapore primum dulciusculo, dein aromatico acidulo amaro substyptico. Ante plenariam evolutionem carpendi et siccati iteratim cribrandi.

ROSMARINUS Cl. II. O. Monogynia. Labiatae Juss. Corolla inaequalis, labio superiore bipartito. Filamenta longa, curva, simplicia cum dente. *R. officinalis* Lin. foliis sessilibus. Frutex Orientis, Japoniae et Europae australis in collibus, nobis cultus. Ros marinus, Anthos O. Gemeiner Rosmarin, Rosmarin. Romarin, Encensier. Rosmarino, Ramerino.

Folia et Summitates florentis. Herba florida seu Herba O. Folia in caule ramoso et in ramis oppositis tetragonis pubescentibus opposita, lineari-lanceolata, margine revoluta, obtusa; superne profundius viridia, rugosa; in medio sulcata; subtus albo-tomentosa; nervo majori percursa; odore aromatico gravi; sapore acri in recentibus camphorato-terebinthinaceo ingrato amariuscule, in siccis minus camphorato et neutiquam terebinthinaceo. Flores corolla dilute e violaceo rubella; odore foliorum ast penetrantiore.

RUBIA Cl. IV. O. Monogynia. Rubiaceae Juss. Corolla monopetala, campanulata. Baccae duae monospermae. *R. tinctorum* Lin. foliis annuis, caule aculeato. Planta perennis pratensis Orientis, Tatariae et Europae australis in hac et in temperata culta. Rubia tinctorum O. Färberröthe, Krapp. Garance. Robbia.

Radix plerumque triennis effossa, reptans, praelonga, teres, quae non sit ultra calamum anserinum crassa, parce ramosa; fibris crassioribus obsita; epidermide e rubello cinerascete, in sicca longitudinaliter rugosa; cortice in juniore crassiore, postea tenuiore, brunneo-fusco subnitido; parenchymate in juniore sanguineo carnosio-fibroso, tandem lateritio fibroso-lignescete; filo medullari tenui orbiculato, tandem fuscescente; recens odore debili cortice Sorbi Aucupariae non alieno, sicca fortiori ingrato mucido; sapore contrario mucilaginoso amariuscule, demum substyptico acriuscule.

RUBUS Cl. XII. O. Polygynia. Rosaceae Juss. Calyx quinquefidus. Petala quinque. Bacca composita acinis monospermis. *R. Idaeus* Lin. foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. Frutex Europae in lapidosis et sylvaticis, passim cultus.

Rubus Idaeus O. Himbeerenstrauch. Framboisier. Rovo
ideo.

Bacca recens, Fructus O, conico-hemispherica,
rubra vel pallide lutea, basi cava a receptaculo clavato
carnoso ibidem intruso; composita acinis imbricatis
subrotundis obtusis, stylo setaceo subpersistente in-
structis; parenchymate succulento rubro suaveolente e
dulci grate acidulo; fovente semen subreniforme. De
frutice inculto praestantior.

RUMEX Cl. VI. O. Trigynia. Polygoneae Juss. Calyx
triphyllus. Petala tria conniventia. Semen unum
triquetrum. *R. acutus* Lin. floribus hermaphroditis;
valvulis dentatis graniferis; foliis cordato-oblongis
acuminatis. Perennis in Europae temperatae humidis.
Lapathum acutum, *Oxylapathum* O. Spitzblättriger
Ampfer, Grindwurz. *Patience sauvage*, *Parelle*. Ro-
mice, *Lapato acuto*.

Radix fusiformis, simplex vel ramosa, pedalis et
ultra; superne pollicem crassa; fibras parvas agens;
epidermide in recenti flavescente, in sicca rubro-fus-
ca; parenchymate fibroso-lignoso pallide ac sordide
flavo striis longitudinalibus rubris gummosis percursis;
inodora; sapore austeriusculo amaro acriusculo; sali-
vam croceo colore imbuens.

RUTA Cl. X. O. Monogynia. Rutaceae Juss. Calyx
quinquepartitus. Petala concava. Receptaculum punctis
melliferis decem cinctum. Capsula lobata. *R. graveo-
lens* Lin. foliis supradecompositis, foliolis oblongis, ter-
minali ovato, petalis integerrimis. Fruticulus Orientis,
Africae borealis et Europae australis, nobis cultus. *Ruta*
O. Garten-Wein-Raute. Rue. Ruta.

Folia, Herba O.; petiolata petiolis teretibus supra
obsolete sulcatis; foliolis obtusis margine minutim cre-
natis lacinia extrema majori; recentia odore forti non
ingrato, etsi caput gravante et sapore aromatico amari-
usculo; sicca odore et sapore longe debiliore. Ante an-
thesin carpenda.

SACCHARUM OFFICINARUM Lin. Cl. III. O. Di-
gynia. Gramina Juss. Gramen perenne ambarum Indi-
arum, in locis humidis apricis cultum.

Substantia vegetabilis propria e succo culmorum ex-
presso, lixiviiis et lymphis coquendo depurato et in mas-
sam crystallinam inspissato obtenta, Saccharum, Sac-

charum album O. Weisser Zucker. Sucre en pains. Zucchero bianco. Massa candida; ad angulos subdiaphana; nitens, compagis subcrystallinae quae sit sicca sonora et fracta exhibeat fragmina inaequalia splendida crystallino-granulosa. Solvatur in dimidia parte Aquae.

SALVIA Cl. II. O. Monogynia. Labiatae Juss. Corolla ringens. Filamenta transverse pedicello affixa. *S. officinalis* Lin. foliis lanceolato-ovatis crenulatis, verticillis paucifloris, calycibus mucronatis. Fruticulus Europae australioris, nobis hortensis. Salvia O. Gemeiner Salbey. Souge. Salvia.

Folia in caule erecto tetragono villosa ramoso opposita, petiolata, obtusa, utrinque subvillosa, supra rugosa, subtus reticulata, lacunosa, crenulata, crassiuscula, cano-viridia; odore balsamico-camphorato; sapore camphorato-aromatico salsiusculo amarescente. Ante anthesin colligenda.

SALIX Cl. XXII. O. Diandria. Amentaceae Juss. Masculi Amentum cylindraceum. Calyx Squama. Corolla nulla. Glandula baseos nectarifera. Foeminei Amentum cylindraceum. Calyx Squama. Corolla nulla. Stylus bifidus. Capsula unilocularis bivalvis. Semina papposa. *S. fragilis* Lin. foliis lanceolatis acuminatis concoloribus glabris glanduloso-serratis, amentis coaetaneis, nectario masculorum gemino, germinibus subsessilibus lanceolatis glabris. Arbor Asiae et Europae borealis ac temperatae in humidis. Salix fragilis O. Bruchweide. Saule cassant, Salcio. Salice.

Cortex ramulorum biennium, ad summum triennium, epidermide glabra nitida flavo-virente; tenax; ad articulos ramorum una cum hisce fragilis; aetate fissilis, deductilis; fibrosus; odore balsamico-dulciusculo; sapore balsamico-amaro, dein valde styptico. Aequae adhiberi potest:

S. alba Lin. foliis lanceolatis acuminatis serratis utrinque sericeis, serraturis infimis glandulosis, stigmatibus bipartitis, habitans uti prior. Sahlweide, Silberweide. Saule vulgaire blanc. Salcio bianco.

Cortex parvis aetatis, epidermide fusca; tenuis, flexilis, fibrosus, odore et sapore priori similis.

Uterque vere colligendus et caute loco umbroso, ne odorem perdat, siccandus.

SAMBUCUS Cl. V. O. Trigynia. Caprifolia Juss.
 Calyx quinquepartitus. Corolla quinquefida. Bacca
 trisperma. *S. Ebulus* Lin. cymis tripartitis, stipulis fo-
 liaceis, caule herbaceo. Planta perennis sylvatica Eu-
 ropae. Ebulus O. Attich Yéble, Petit Sureau. Ebbio,
 Sambuco selvatico.

Baccae maturae recentes orbiculatae, apice depres-
 sae; umbilico parvo quinquefido notatae; epidermide
 nigricante nitidiuscula glabra; parenchymate succulento
 violaceo-fuseo, fovente semina ovata subtrigona, ino-
 doro acidulo amaricante.

S. nigra. Lin. cymis quinquepartitis, caule ar-
 boreo. Arbuscula maximae partis Europae, passim
 culta. Sambucus O. Holunder - Flieder - Baum. Sureau.
 Sambuco.

Baccae maturae recentes, orbiculatae, apice de-
 pressae; umbilico parvo quinquefido adpresso; epider-
 mide violaceo - nigra glabra nitidiuscula; parenchy-
 matesucculento e violaceo fusco; recentes graveolentes,
 grate, sed intense acidulae.

Cymae florentes, Flores O. floribus pedicellatis; ca-
 lyce parvo quinquedentato; corolla alba, siccata pallide
 sulphurea; tubo brevi crasso; odore suavi subnarcotico;
 sapore mucilaginoso subaromatico, quidquam ama-
 ricante. Petiolis rejectis celerrime siccandae.

SAPONARIA Cl. X. O. Digynia. Cariophylleae Juss.
 Calyx tubulosus, monophyllus. Petala quinque ungui-
 culata. Capsula oblonga unilocularis. *S. officinalis* Lin.
 Calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. Perennis
 Europae in dumetis et ruderalis. Saponaria O. Gemei-
 nes Seifenkraut, Speichelkraut. Savonnier, Saponaire
 des boutiques. Saponaria.

* *Folia* in caule erecto tereti geniculato superne
 ramoso et in ramis oppositis patentibus pubescenti-
 scabriusculis ad genicula opposita, breviter petiolata,
 ovato-lanceolata, acuta, glabra; parce venoso-lineata,
 margine scabriuscula. Ante anthesin carpenda.

Radix fusiformis, ramos agens repentes teretes,
 fibrillis in tuberculis obsitos, articulatos, duos vel tres
 pedes longos, usque ultra digitum crassos; epidermide
 rubicunda, in sicca fusciscente; cortice albedo; paren-
 chymate sulphureo solido, quod nondum fibrosum sit;
 inodora; sapore primum farinoso dulciusculo, dein

aeridine radicis Polygalae Senegae instar, ast minus
os et fauces vellicans et amariuscula.

SAPO SODAE OLEACEUS. Sapo medicatus seu
medicus O. in hisce pro loco fabricationis variis nomi-
nibus insignitus. Oel-Sodaseife. Savon de Soude hui-
leux. Sapone olioso.

Sit albidus; aspectu pinguis, attactu vero glaber;
parum, neutiquam raucide odoratus; saporis non nimis
alcalini mitis nec rancidi; aëri expositus non humescens.
In Aqua destillata et Alchhole solvatur excepta forsitan
minima portione sedimenti terrei aut terreo salini. Me-
tallici nil teneat. Serva loco sicco frigido.

SCILLA MARITIMA Lin. Cl. VI. O. Monogynia.
Asphodeli Juss. Planta perennis Orientis et Europae au-
stralioris in arenosis maritimis et a mari distantioribus.
Scilla, Squilla O. Meerzwibel. Scille, Oignon marin.
Scilla, Cipolla maritima.

Bulbus, Radix O. ovato-globofus; nunquam pugno
minor eligendus; duas ad tres libras ponderans; squa-
mis externis aridis lineatis, interioribus albis striatis,
hinc inde praecipue secundum nervos subruhentibus,
crassis carnosiss, scatentibus succo tenaci; epidermide
tenerima; parum odoratus, nisi laceratus aut tritus,
sapote nauseoso amarissimo acri; cutim succo rodens.
In sabulo servandus.

SECALE Cl. III. O. Digynia. Gramina Juss. Locu-
stae in quovis rhacheos dente solitariae, bi-triflo-
rae, flosculis duobus inferioribus fertilibus oppositis,
supremo abortivo. Calycis valvulae subulatae oppositae
integrae. Corollae valvula inferior integra longissime
setigera, superior bifido-dentata. Semen corticatum
sulcatum. *S. cereale* Lin. Glumarum ciliis scabris. Gra-
men annuum, an in Creta, et ad Mare caspium, an in
Europa boreali spontaneum? Secale O. Gemeiner Rog-
gen. Seigle. Seagle.

Pulvis Seminum subtilissime in molendina tritorum
cribratus. Farina secalina O. Sit albus odore proprio
cereali; ori insipido-frimosus.

SEDUM Cl. X. Pentagynia. Sempervivae Juss. Ca-
lyx quinquefidus. Corolla pentapetala. Squamae necta-
riferae quinque, ad basin germinis. Capsulae quinque.
S. acre. Lin. foliis alternis sub-ovatis adnato-sessilibus

gibbis erectiusculis, cyma trifida. Perennis in Europae siccis arenosis lapidosis. Sedum acre, S. minus O. Mauerpfeffer. Vermiculaire, V. brulante. Sedo acre, Erba pignuola.

Herba recens. Herba O. Caules plures cespitosi ascendentes ramosi teretes pallidi succulenti; folia sparsa approximata e subrotundo ovata obtusa compressiuscula carnosae utraque odore debili; sapore herbaceo acri subpiperaceo, uti odore siccando pereunte. Antè anthesin colligenda.

SIMARUBA OFFICINALIS Decandollii C. X. O. Monogynia. Quassiae Juss. Quassia Simaruba Lin. Ruhrbaum. Simarouba. Arbor Americae tropicae et Antillarum in arenosis.

Cortex cum Libro, praecipuae *Radicis,* nec non *Trunci.* Venalis in segmentis ad aliquot pedes longis; a pollice ultra palmam largis; vix duabus lineis crassioribus; epidermidis cinereo-fuscae asperae rimulosae plerumque residuis tectus; tuberculoso-subplanus, fibrosus, mollis, tenax, pulveratu difficilis, levis, brunneus; Liber pallide flavus vimineus; uterque viro-odorus, valde amarus.

SINAPIS Cl. X. O. Siliquosae. Cruciferae Juss. Calyx patens. Corollae unguis recti. Glandula inter stamina breviora et pistillum interque longiora et calycem. *S. nigra* Lin. Siliquis glabris racemo adpressis. Planta annua Europae, imprimis borealis, in lapidosis, passim culta. Sinapis O. Schwarzer Senf. Grande moutarde, Sénévé ordinaire. Senapa, Mostarda.

Semina subrotunda; undique minutim punctate rugosa; testa ferrugineo-fusca, trita odore acri nares vellicante; sapore fervido acri, os et fauces urente, subamaro; nucleo flavo oleoso-albuminoso.

Pulverem seu *Farinam* Seminum Sinapeos O. nunquam rite emas. Serva in vitris probe clausis, ast non diutius.

SISYMBRIUM Cl. XV. O. Siliquosae. Cruciferae Juss. Siliqua rostro brevi tereti, dehiscens; valvulis rectiusculis. Calyx patens. Corolla patens. *S. Nasturtium* Lin. siliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis subcordatis. Nasturtium officinale Decandollii. Biennis sempervirens ad aquas et sub iis, ac culta. Nasturtium

aquaticum O. Quellrauke, Brunnenkresse. Cresson d'eau, C. de fontaine. Crescione, Nasturtio.

Herba novella recens. Herba O. Caulis diffusus ascendens ramosus herbaceus angulosus striatus; folia alterna glabra saturate viridia subsucculenta, pinnis oppositis subcordato-ovatis obtusis, terminali majori angulosa; tota recens odore acri Cochlearium aemulante subfugaci; sapore pari amarescente; utroque in sicca deficiente. Ante caulis ulterius incrementum primo vere colligenda.

SMILAX CHINA Lin. Cl. XXII. O. Hexandria Fruticulus Asiae elatae, imprimis sinensis et Americae tropicae, praecipue novae Granadae ac Jamaicae. China nodosa O. Chinawurzel, Pockenwurzel. Squine, Esquine.

Radix oblonga, quatuor ad sex pollices longitudine aequans; teretiuscula, unum usque duos pollices crassa; tuberculosa, dura, ponderosa; epidermide luteo-brunnea; cortice fusco tenui; parenchymate minutim poroso subcarneo pallide flavescenti rubello, notato punctis brunneis, in centro confertioribus; fere inodora, nisi submucida; sapore debili dulciusculo mucilaginoso, attamen masticata ori arida, subaustera.

S. Sarsaparilla Lin. Fruticulus Americae tropicae ac septentrionalis temperatae in sylvis inundatis, etiam Salsaparilha vocata. Sarsaparille. Salsepareille, Salsapariglia; venalis in fasciculis longis (*S. longa*) aut orbicularibus (*S. rotunda*); teres; fere digitum crassa; passim nodosa; ramosa, ramis tres ad quatuor pedes longis, calamo scriptorio tenuioribus, flexuosis, longitudinaliter sulcatis, flexilibus; epidermide griseo-brunnea; cortice rubello; parenchymate albo farinoso; inodora; sapore farinoso-dulciusculo, tandem subaustero. Sarsaparilla a Smilace syphilitica Humboldtii ad Orenoci littora imprimis obvia vix ad nos pervenit.

SOLANUM Cl. V. O. Monogynia. Solaneae Juss. Corolla rotata. Antherae subcoalescentes; apice porro geminae dehiscentes. Bacca bilocularis. *S. Dulcamara* Lin. caule inermi fruticoso scandente, foliis cordatis glabris superioribus auriculatis, corymbis oppositifoliis. Suf-frutex Europae in udis umbrosis. Dulcamara O. Kletternder Nachtschatten, Bittersüß. Douce-amère. Solatro dolce-amaro.

Caulis cum ramulis, Stipites O. Caulis teretiusculus flexuosus subangulatus scabridus; notatus tuberculis sparsis et rugis praelongis contortis; flexilis; rami pauci alterni erecti; utraque cortice cinereo-aut flavo-virente; libro viridi; parenchymate lignoso flavo-virente fistuloso; recentia odore mucido viroso sapore ex amaro dulciusculo; sicca odore longe debiliori, sapore amariore. Biennes aut triennes vere colligendi.

S. nigrum Lin. Caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, racemis distichis nutantibus. Annua fere in totius orbis incultis. Solanum O. Schwarzer Nachtschatten, Morelle, M. de jardin, M. à fruit noir. Morella, Solatre nero.

Folia, Herba O. sparsa, petiolata, lato-ovata, acuta, repando-dentata, glabra, saturate aut lucide viridia; ceterum pro solo, uti caulis et baccae, variantia; recentia odore graviusculo narcotico nauseoso; sapore contrario fatuo, ori mollia, sicca minus odora. Ut venefica servanda.

STRYCHNOS NUX VOMICA Lin. Cl. V. O. Monogynia. Apocynae Juss. Arbor Indiarum orientalium in arenosis. Gemeines Krähenauge. Vomique.

Semina. Nux vomica O. Krähenauge. Noix vomique. Noce vomica, in pulpa spongiosa baccae globosae fuscae glabrae nidulantia, orbicularia, utrinque compresso-plana, hinc inde intorta, umbilicata; epidermide cinerea coriacea; tomento tenui adpresso flavo-brunneo sericeo-nitente; nucleo duro corneo-albido dicotyledoneo; vix balsamice odorata; sapore amaro nauseoso; ut venefica servanda.

STYRAX Cl. X. O. Monogynia. Guajacanae Juss. *St. Benzoin* Dryanderi. Arbor Regni Siamensis et Archipelagi Indiarum orientalium australis. Benzoe-Styrax. Benzoëbaum.

Resina Benzoe, Gummi Benzoes, Asa dulcis O. Benzoëharz. Süßer Asant. Benjoia. Benzoe plerumque venalis in frustis difformibus, pluries conspicuis; extus saepe foliorum arundineorum vestigiis impressis ac e melleo aut flavo brunnescentibus; melioribus potius e granis et quidem majusculis conglutinatis; friabilibus, tritura alba splendida; fractura resinosa inaequali, maculis plus minus rotundis albis variegata, splendida, fragminibus tenuioribus pellucidis; liquatis nares pun-

gentibus et tussim moventibus suaveolentibus, vapora coeunte in massam crystallinam rarissimam; deflagrantibus flamma laeta, residuo carbone nigro splendido depingente; odore gratissimo Acido proprio respondente; sapore pari dulciusculo; ceterum ori aridis; quae in Alcohole et Aethere sulphurico tota solvantur.

St. officinale Lin. Arbor Europae australis, Orientis ac Aethiopiae. Resina Styra. Styra. Stira. Stora. race, e ramis et truncis vulneratis manans; in granis vix unquam sed in frustis olim foliis arundineis involutis, inde Styra Calamita vel cannulata dictis, nunc plerumque vesica involutis venalis. Haec sint conspicua, etsi facile dilabentia; hadio-rufa, non nimis fusca; punctis micantibus obsita; inde turfae non absimilia; mollia, attamen consistentiae subcereae tenuia; levia; odore forti grato unguinoso et Acidum benzoicum referente; sapore pari dulciusculo tandem vix amarescente. Alcohol tres quartas partes illorum solvat, et Aetherem colore aureo saturato tingant. Artefacta e cortice et ligno verosimiliter Myroxylis peruiferi, addito Balsamo huius et Resina Benzoes, Scobem Styrae dictam, non adhibe.

TAMARINDUS INDICA Lin. Cl. III. O. Monogynia. Leguminosae Juss. Arbor regionum tropicarum. Indischer Tamarindenbaum. Tamarinier. Tamarindo.

Pulpa leguminum ex Indiis orientalibus proveniente, maceratorum et contusorum, cortice demto. Tamarindi O. Tamarinden. Tamarins. Tamarindi. Brunneo-nigra et quidem, quo nigrior eo melior; quae sit subsicca, spissa, tenax, lamellis, filis et fibris intermixta; odore vinoso-acidulo, neququam mucido; sapore sat acido pungente subvinoso grato; fovens semina, in integra pulpa singula arillo tenui flavo-brunneo obvoluta, quadrangulo-rotundata compressa; cortice splendido castaneo cartilagineo, non emollito aut turgido; nucleo solido e rubello pallide flavo. Cum Aqua macerata aut cocta Cupri nili prodat. Semina a Pulpa sub usu separa. Serva loco frigido sicco.

TANACETUM. Cl. XIX. O. Superflua. Corymbiferae Juss. Receptaculum nudum. Pappus subemarginatus. Calyx imbricatus, hemisphaericus. Corollulae radii obsoletae trifidae. *T. vulgare* Lin., foliis bipinnatis incisiss serratis. Planta perennis Europae in incultis et

ad ripas Aquarum. Tanacetum O. Gemeines Wurm-
kraut, Rainfarn. Tanésie, Herbe aux vers. Tanaceto.

Folia et flores. Herba Tanaceti O. Folia in caule
erecto tereti striato glabro sessilia alterna; pinnata pin-
nis lineari-lanceolatis inciso-pinnatifidis, serratis; punc-
tata glabra; odore balsamico-camphorato gravi; sapore
aromatico amaro. Ante anthesin carpenda.

Flores dense corymbosi aurei; corollulis tubulosis,
insidentibus calyci communi glabriusculo luteo-virenti,
imbricato squamis lanceolato-acutis cinerascentibus;
odore foliorum minus ingrato; sapore pari, magis
aromatico.

TEUCRIUM. Cl. XIV. O. Gymnospermia. Labia-
tae Juss. Corollae labium superius nullum, sed fissura
ejus loco, in qua Stamina jacent. *T. Chamaedris* Lin.,
foliis cuneiformi-ovatis incisicrenatis petiolatis, flo-
ribus ternis, caulibus procumbentibus subpilosis. Per-
ennis Orientis et Europae australis in asperis monto-
sis, achortensis. Chamaedrys O. Gemeiner Gamander,
Bathengel. Petit Chêne, Germandrée. Camedrio, Ca-
lamandrea.

Herba florida, Herba O. Folia in caule obsolete
quadrangulo ovata oblonga, basi integerrima, obtusa
pilosa; floralia vere sessilia; Verticilli subquinqueflori;
Calyx ovato-turbinatus angulatus; Corollae violascen-
tes. Omnia odore balsamico in foliis debiliore; sapore
aromatico amaro subaustero.

T. Marum Lin., foliis petiolatis integerrimis ova-
tis acutis subtus tomentosis, floribus racemosis secun-
dis. Fruticulus Orientis et Europae australioris, nobis
in frigidario cultus. Marum verum O. Katzen-Gaman-
der, Amberkraut. Germandrée maritime, Herbe aux
chats. Maro vero, Erba gatta.

Fruticulus floridus. Herba O. Folia in ramis ra-
mulisque albo-tomentosis opposita, petiolata, ovata,
acuta, margine revoluta, duriuscula; supra viridia,
subtus tenuiter albo-tomentosa. Serva in vitris elausis.

T. Scordium Lin. foliis oblongis sessilibus dentatis
nudiusculis, floribus axillaribus pedunculatis geminis,
caule diffuso pubescente. Perennis Europae in humidis
depressis. Scordium O. Knöblauchduftiger Gamander,
Lachenknöblauch. Germandrée d'eau. Scordio.

Herba ante anthesin colligenda. Folia in caulibus quadrangulis erectiusculis geniculatis ramosis et in ramis oppositis ad genicula opposita, subsessilia obtusiuscula, crenata, minutim ciliata; superne viridia, subtus pubescentia; recentia odore alliaceo gravi; sapore pari amaro; sicca odore et sapore mitiore.

THEOBROMA Cl. XVIII. O. Decandria. Malvaceae Juss. Arbor sylvatica Americae tropicae in humidis depressis et quidem Varietas semine majori utpote optimo Caracasana et Guayaquiliensis. Kakaobaum. Cacaoyer. Cacao.

Semen. Semen Cacao O. Kakaobohne. Gros Caraque - Cacao. Cacao. ovato - ellipticum convexum; testa papyracea cinereo-rufa fragili; nucleo castaneo cotyledoneo gyroso-corrugato, sapore oleoso-farinaceo vix amariusculo, neququam rancido. Serva loco sicco frigidiusculo.

THYMUS Cl. Cl. XIV. O. Gymnospermia. Labiatae Juss. Calycis bilabiati faux villis clausa. *Th. Serpyllum* Lin. floribus verticillato-capitatis, caulibus repensibus pubescentibus: angulis villosis, foliis ovatis obtusis basi ciliatis, corollae tubo longitudine calycis, staminibus inclusis. Suffrutex Europae in aridis apricis. Serpyllum O. Feldthymian, Quendel. Serpolet, Pillolet. Serpillo. Serpollo.

Fruiculus floridus, excepta radice. Herba florida O. folia in ramis ramulisque decumbentibus tetragonis, pube tenui alba adpersis, opposita, brevissime petiolata ovata obtusiuscula glabra, margine postice parce ciliata; flores in capitula terminalia vel lateralia verticillato-dispositi; calycibus e purpurascenti et viridi variis striatis, plus minus pubescentibus; corollis roseis calycibus paullo longioribus.

TILIA Cl. XIII. O. Monogynia. Tiliaceae Juss. Corolla pentapetala. Calyx quinquepartitus. Capsula coriacea, globosa, quinquelocularis, quinquevalvis, basi dehiscens, monosperma. *T. europaea* Lin., floribus nectario destitutis. Arbor in pratis Europae. Tilia O. Europaeische Linde. Tilleul. Tiglia. Varietas *grandifolia*, foliis cordatis acuminatis serratis subhirsutis, fructu quadriloculari. Sommerlinde, Frühlinde. Tilleul d'Hollande; et varietas *parvifolia*, foliis cordatis acumi-

natis inaequaliter serratis, fructu quinqueloculari. Winterlinde, Steinlinde. Tillau, Tillot.

Flores, ademptis pedunculis et bracteis, calyce albedo, laciniis ovato-lanceolatis, extus glabro, intus villosus; petalis oblongo-cuneiformibus albedo-luteis; suaveolentes; saporis debilis submucilaginosi; in vitris clausis servandi.

TORMENTILLA. Cl. XII. O. Polygynia. Rosaceae Juss. Calyx octofidus. Petala quatuor. Semina subrotunda, nuda, receptaculo parvo exsucco affixa. *T. erecta* Lin., caule erectiusculo, foliis sessilibus. Perennis in Europae borealis et temperatae aridis. Tormentilla O. Aufrechte-Ruhrwurzel, Tormentill. Tormentille. Tormentilla.

Radix cylindrica, superne digitum crassa, duas circiter pollices longa, nodosa, geniculata; fibris copiosis longis rigidis obsessa; epidermide ferruginea, superne squamosa; cortice atro-purpureo compacto; parenchymate ex brunneo-rubro vel rubello solido celluloso; inodora; valde styptica. Vere effodienda.

TRITICUM. Cl. III. O. Digynia. Gramina Juss. Locustae in quoque racheos dente sessiles, solitariae, tri- ad quadriflorae, flosculis duobus inferioribus sessilibus oppositis fertilibus, supremis saepe abortivis. Calycis valvulae latae, naviculares, subaequales, oppositae, ut corollae valvula inferior dentatae, seta brevi; superior subemarginata. Semen corticatum, sulcatum. *Tr. hybernum* Lin., Spica parallele compressa submutica; glumis gibbosis truncatis mucronatis basi coarctato-plicatis, exinde nervo longitudinali obtuse prominente percursis. Planta biennis ignotae patriae. An Tartariae? Winterweizen. Froment d'hiver.

Tr. turgidum Lin. Spiculis quadrifloris ventricosis pubescentibus imbricatis cristatis, floseculo terminali sterili, calycibus obtusis. Annum incerti soli natalis. Englischer Bartweizen; utrumque in O. et vulgo Triticum. Weizen. Blé, Froment. Grano, Formento.

Amylum. Stärkmehl. Amidon. Amido. E farina frigida aqua eluendo et fermentando paratum. Frustula difformia angulosa nivea, tactu farinosa, depingentia, trita crepitantia, texturae granulosae subcrystallinae; vix odorata; fere insipida. In Aqua frigida inde lactescente in pulverem album dilabuntur, in bul-

liente solvantur, solutione saturata refrigerata in pulvem lubricam subpellucidam tremulam abeunte, ab Alcohole Sodii cyanescente et ab Alcohole Gallorum cremorem album floccosum emittente.

Eurfures Triticici. Weizenkleyen. Son. Crusca. Residua seminum in farinam redactorum paleacea.

TUSSILAGO. Cl. XIX. O. Superflua. Corymbiferae Juss. Receptaculum nudum. Pappus simplex. Calycis squamae aequales discum aequantes, submembranaceae. Corollulae foemineae ligulatae seu edentulae. * *T. Farfara* Lin., seapo unifloro subnudo bracteato, flore radiato, foliis cordatis angulatis dentatis, subtus pubescentibus. Perennis in Europae humidis argillosis. *Fartara* O. Gemeiner Hufattich. *Tussilage*, *Pas d'Ane*. *Tussilagine*.

Folia, Herba O., post florem aestivalia, mere radicalia, petiolata, subrotundo ovata, sinuato-angulata, denticulata, lata, plana; superne glabra laete viridia, subtus albo tomentosa; vix odora; sapore mucilaginoso subaustero amaro.

T. Petasites Lin., thyrsio oblongo, floribus discoideis, foliis oblongo-cordatis inaequaliter denticulatis, subtus pubescentibus, lobis approximatis. In Europae temperatae argillosis vel arenosis udis. *Petasites* O. Großblättriger Hufattich, Pestilenzwurzel. *Petasite*, *Herbe aux teigneux*. *Petasite*.

Folia, Herba O., radicalia in petiolis teretibus, basi vaginantibus, villosis, maxima; tomentosa vel pubescentia; recentia odore ingrato; sapore nauseoso amaricante substyptico.

* **ULMUS**. Cl. V. O. Digynia. Amentaceae Juss. Calyx quinquefidus, campanulatus, marcescens. Corolla nulla. Samara suborbicularis, compressa, membranacea. *U. campestris* Lin., foliis duplicato-serratis, basi inaequalibus, floribus subsessilibus conglomeratis pentandris, fructibus glabris. Arbor fere totius Europae. *Ulmus* O. Weisrüster, Feldulme. Orme champêtre. Olmo.

Cortex interior ramulorum tri- usque quadriennium cum Libro, *Cortex interior* O., cortex recens flavus, siccus rubro-brunneus, subvimineus; linea vix crassior; glaber, tenuis, fragilis, lamelloso-fibrosus; liber intus dense lineis punctatus, capillari-fibrosus;

uterque inodorus; recens lentus, mucilagine in fila ductili scatus; sapore mucilaginoso-amaro subaustero, quidquam acri. Vere detrahendus.

URTICA. Cl. XXI. O. Tetrandria. Urticae Juss. Masculi Calyx tetraphyllus. Corolla nulla. Nectarium centrale cyathiforme. Foeminei Calyx bivalvis. Corolla nulla. Semen unicum nitidum. *U. dioica* Lin., foliis oppositis cordatis ovato-lanceolatis grosse serratis, floribus dioicis, spicis paniculatis glomeratis geminatis, petiolo longioribus. Perennis in Europae ruderatis et incultis. Urtica O. Große oder gemeine Nessel. Grande Ortie, Ortie vionce. Ortica maggiore.

Folia recentia teneriora, Herba O., in petiolis tetragonis hispidis rugosiuscula; cinereo-virentia; pilis rigidis subulatis basi globosis dense utrinque obsessa. Vere colligenda.

* *U. urens* Lin., foliis oppositis ellipticis subquinqüenerviis argute serratis, spicis glomeratis geminatis. Annuæ in Europae incultis. Urtica minor O. Brenn-Nessel, Kleine Nessel. Ortie grièche, Petite Ortie. Ortica minore.

Folia, Herba O., petiolata; superne pilis obsessa, subtus glabra, ut priora adhibenda.

VALERIANA. Cl. III. O. Monogynia. Valeriaenae Juss. Calyx nullus, nisi margo involutus. Germen coronans. Corolla monopetala, quinquefida. Capsula unilocularis; calycis limbo plumoso coronato. *V. officinalis* Lin., foliis omnibus pinnatis; pinnis lanceolatis dentatis, caule fistuloso sulcato, floribus corymbosis. Perennis Europae in subalpinis siccis in paludosis ac udis dumetis. Valeriana sylvestris vel minor O. Gemeiner Baldrian. Valériane sauvage. Valeriana selvetica.

Radix praemorsa, teres, geniculato-annulata; epidermide in recenti flaviuscula, in sicca cinereo-brunnea; parenchymate albo subcarnoso, margine undulato diviso a medulla largiore; agens fibras copiosissimas, obsitas ad genicula squamis ovatis, capillari-fibrillosis; odore nauseoso-fragrante subcamphorato; sapore simili amariuscule subacri. Vere ante caulis evolutionem in locis elatis colligenda, resecta illius basi, siccata in vitris clausis servanda et propria supellectile dispensanda.

VANILLA AROMATICA Swartzii, Epidendron
Vanilla Lin. Cl. XX. O. Diandria. Orchideae Juss. Planta
parasitica Americae tropicae, inprimis Hispaniae novae.

Capsulae, Siliquae Vanillae O. Vanille. Vanille.
Vaniglia, compressae lineares; ad suturam hinc cras-
siusculae inde attenuatae, versus basin angustatae, in-
curvae; testa extus brunneo-fusca splendore oleoso in
siccis flexuoso-sulcata, intus flavente, fovente sub
aspectu pulvae nigrae, quae pingui splendore gaudeat,
semina minutissima subrotunda nigra. Praevalidae quae,
de Leg seu de Ley dictae, tenuiores, longiores, succo
ditissimae sunt, quarum quinquaginta uncias quinque
pondere superent; quodsi vero pari numero octo gravi-
tate excedant, optimae, Vanilla soprabuena audiunt.
Odor fragrantissimus balsami peruviani. Sapor aroma-
ticus, balsamicus, gratus, calidiusculus, subdulcis.

* VERATRUM. Cl. XXIII. O. Monoecia. Junci
Juss. Hermaphroditi calyx nullus. Corolla hexapetala.
Stamina sex. Pistilla tria. Capsulae tres polyspermae.
Masculis eadem. Pistilli rudimentum. *V. album* Lin.,
racemis paniculatis, bracteis ramorum oblongis, par-
tialibus pedunculum pubescentem subaequantibus, flo-
ribus erectis. Perennis Europae australis in montosis
et Sibiriae. Helleborus albus O. Weisser Germer, weisse
Nieswurzel. Hellébore blanc, Varaire. Elleboro bianco.

Radix fusiformis, pollicem et ultra longa, vix di-
gitum crassa, e tuberculis fibrillas agens copiosas tere-
tes longas; epidermide e luteo pallide brunnescente;
cortice albescente; parenchymate inprimis in centro
cinereo-flavescente punctato carnosio, fibrillarum spon-
gioso albidiore; recens odore nauseoso; sapore pari;
secca pulverata nares vellicans, amariuscula vix acris;
fibrillis radice sapore fortioribus.

VERBASCUM. Cl. V. O. Monogynia. Solanae
Juss. Corolla rotata, subinaequalis. Capsula bilocula-
ris. *V. Thapsus* Lin., foliis crenulatis tomentosis, supe-
rioribus acutis, racemo spicato denso, corollae subro-
tatae laciniis oblongis obtusis, antheris subaequalibus.
Planta biennis in arenosis glareosis Europae. Verbas-
cum O. Gemeines Wollkraut, Königskerze, Bouillon
blanc, Molène, Barbasso, Verbasco.

Corolla, Flores O., calyce major; tubo minuto
glabro crasso; limbo luteo tomentoso quinquefido, la-

ciniis rotundatis; recens et bene siccata odore subviolaceo; sapore dulciusculo mucilaginoso subaromatico; lana staminum fauces vellicans. Non compressa cito siccanda et demto calyce in vitris clausis servanda.

VERONICA. Cl. II. O. Monogynia. Rhinanthaceae Juss. Corolla limbo quadripartito; lacinia infima angustiore. Capsula bilocularis. * *V. Beccabunga* Lin., foliis ellipticis obtusis breve petiolatis serrulatis, calycibus quadripartitis, caule procumbente inferne radicante. Annua ad scaturigines et in udis Europae. Beccabunga O. Quellen-Ehrenpreis, Bachbunge. Beccabunga, Becabongue. Beccabungia.

Herba recens, Herba O., caules pedales et longiores teretes geniculati; folia opposita plana vel concaviuscula, obtuse crenata; tota vix odorata amaricans subaustera. Ante anthesin praecipue vere colligenda.

V. officinalis Lin., foliis obovatis vel obovato-subrotundis serratis, calycibus quadripartitis, caule inferne radicante. Perennis in sterilibus Asiae et Americae septentrionalis et in Europa. Veronica O. Gemeiner Ehrenpreis, Europäischer Thee. Véronique mâle, Thé d'Europe. Veronica.

Herba, Herba O., caulis procumbens, teres subsimplex geniculatus pubescens; folia ad genicula opposita subsessilia basi cuneata obtusa serrata pubescentia dilute viridia; parum odorata; amaricantia subadstringentia.

VICIA. Cl. XVII. O. Decandria. Leguminosae Juss. Stigma latere inferiore transverse barbatum. *V. Faba* Lin., leguminibus subsessilibus ternis torulosis, foliolis ovatis integerrimis, petiolis absque cirrhis, stipulis sagittatis. Annua Persiae ad Mare Caspium et Aegypti, nobis culta. Faba O. Sau- oder Garten-Bohne. Fève de marais ou de jardin. Fava.

Semina, Fabae O., pedicellata, reniformi-ovata, compressa; hilo lineari; testa albida glabra crassa; nucleo solido albo-virente farinoso; recentia odore debili subnarcotico; sapore farinoso-austero ingrato.

Pulvis Seminum, Farina Fabarum O., flaviusculo-albidus ponderosus; saporis proprii.

VIOLA. Cl. V. O. Monogynia. Cisti Juss. Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala, irregularis, postice cornuta. Antherae cohaerentes. Capsula supera, trivalvis, unilocularis. *V. odorata* Lin., acaulis, foliis cor-

dati, stolonibus reptantibus. Planta perennis in Europae australis et temperatae lucis ac dumetis umbrosae et culta. Viola O. Wohlriechendes Veilchen, Märzviole. Violette de Mars, Violier commun. Viola marzia, Viola mammola.

Petala recentia, Flores O., florum in pedunculis radicalibus solitariorum obovata, subaequalia, unguiculata subbarbata; e rubello saturate coerulea; inferiore postice cornuto; odore gratissimo; sapore subsimili mucilaginoso amariusculo; odorem et colorem lucis et caloris influxu perdentia.

V. tricolor Lin., caule triquetro diffuso, foliis oblongis incisus, stipulis pinnatifidis. Annuæ in Europae apricis arenosis ac culta. Jacea, Herba Trinitatis O. Dreifärbiges Veilchen, Dreifaltigkeitsblume. Pensée, Violette de trois couleurs. Viola di tre colori, Jacea.

Herba florida, spontanea. Herba O. Caules plures procumbentes ramosi scabri; folia alterna petiolata ovato-oblonga obtusa inciso-crenata scabriuscula; stipulae ad basin petiolorum; pedunculi axillares filiformes triquetri foliis longiores uniflori; corolla e violaceo albo flavoque tricolor; inodora; sapore mucilaginoso-amariusculo subacri. Aestate tota colligenda.

VISCUM. Cl. XXII. O. Tetrandria. Caprifolia Juss. Masculi Calyx quadripartitus. Corolla nulla. Filamenta nulla. Antherae calyci adnatae. Foeminei Calyx tetraphyllus, superus. Stylus nullus. Corolla nulla. Bacca monosperma. Semen cordatum. *V. album* Lin., foliis lanceolatis obtusis enerviis, caule dichotomo, floribus quinque terminalibus glomeratis sessilibus. Fruticulus parasiticus sempervirens Asiae et Europae. Viscum quercinum in O. dictum utpote in Quercubus occurrens olim pro optimo habitum. Weisser Mistel, Eichenmistel. Gui, Verget. Viscio quercino.

Ramuli tenuiores cum foliis male in O. Ligni Visci nomine insignita; teretes ad caulis et ramorum divisiones subnodosi, sulco annulari subdentato. Folia opposita lanceolata obtusa integerrima, flavo-virentia nitida subrugosa coriacea; parenchymate uti ramuli valde glutinoso. Utraque recentia odore ingrato mucido fungino subnarcotico; sicca pari; sapore simili glutinoso amariusculo subaromatico. Primo vere ante anthesin colligenda leviter siccanda et in vasis bene clausis servanda. Pulvis nunquam longius prodest.

VITIS. Cl. V. O. Monogynia. Vites Juss. Petala apice cohaerentia, emarcida. Bacca pentasperma, supera. *V. vinifera* Lin., foliis lobatis sinuatis nudis. Frutex Orienti spontaneus fere in omnis orbis zona temperata et calida culta.

Baccae maturae sole siccatae. Passulae majores, Uvae passae O. Grosse Rosinen. Raisins de Caisse, Raisins secs. Zibibbi. Sint sat magnae, usque semipollicares, ventricosae, fulvae, subdiaphanae, rugosae, laeves, extus siccae, subsolidae; parenchymate pulposocarnoso eximie dulci fovente semina ossea gigartoidea apice emarginata. Probe a petiolis et alienis corporibus mundandae.

Tartarus Potassae acidulus crudus, Tartarus crudus O. Roter Weinstein. Tartre (cru blanc et rouge) Tartaro volgare. Sub fermentatione vinosa succi baccarum ad parietes vasorum clausorum depositus exhibens frusta difformia; de vinis acidulis sordide alba, de rubris spurce e cinero aut luteo rubella ac variegata, solida; fragilia fractura terreo-subcrystallina inaequali nitidiuscula; textura coacta e crystallis, quae perfectae prismata tetragona sistunt; sapore acidulo-terreo refrigerante, ori arenosa; combusta Acidum tartaricum empyreumaticum spirantia. In Aqua partim solvantur solutione cum additis alcalinis parum effervescente.

Tartarus Potassae acidulus purus, Cremor seu Crystalli Tartari O. Weinstein-Rahm oder Krystalle. Tartre purifié, Crème de Tartre. Tartaro purgato. Crystalli in laminulas aut frustula aggregatae aut pulverulentae, figura genuina referentes prismata tetragona obtuse truncata, quae sint albae subdiaphanae, totae in centum et sexaginta partibus Aquae calore 14° et in fervidae viginti octo solubiles. Deflagrent candefactae fumo denso fuliginoso relinquentes Potassam porosam carbonaceam igne difficulter dealbandam, nec quid metallici prodant. In pulverem tritus audit in O. *Tartarus praeparatus.*

Vinum. Wein. Vin. Vino. Liquidum fermentatione alcoholica e succo baccarum progenitum plus minus defaecatum.

Omne in usum pharmaceuticum trahendum sit genuinum, fermentatione longiori sat defaecatum. In genere Alcohol destillatione calore 60° non attingente neutiquam edat, etsi nonnulla vina illud calore vix

maiore perdant. Acidum sulphurosum si tenet, solum minima certe portio nuda adsit, partes metallicas non contineat, nec pigmenta artificialiter sibi nupta ad vasorum parietes deponat. Prostant sequentes vinorum species:

Vinum acidulum, album O. Weisser Wein. Vin blanc. Vino; et quidem Rhenanum aut Franconiae sat generosum, in quo Acidum malicum jam cum Alcohole acrius connubium Aetheri non absimile iniverit separato maxima ex parte Tartrate Potassae acidulo. Sit plus minus citrinum, penitus diaphanum; odore alcoholico amoeno, ceterum aromatico-vario; sapore pari miti acidulo. Calcariam puram injectam sine strepitu extinguat, Argentum purum non demigret, vix a Nitate Argenti liquido instillato brunnescat aut sedimentum nigrum demittat.

Vinum tannicum, vulgo rubrum. Rother Wein. Vin rouge. Vino nero, imprimis Gallicum. Sit purpureo-fuscum; odore grato subaromatico alcoholico; sapore pari austero subacido. Addito Acetate Barytae liquido aut Subcarbonate Potassae liquido nil Sulphatis Aluminæ et Potassae aciduli monstret.

Vinum alcoholicum. Liqueur-Wein. Vin de Liqueur. Vinum, praecipue hispanicum, lusitanum, aut Insularum Fortunatarum. Sit saturate rubro- aut flavo-brunneum; odore alcoholico grato; sapore pari dulcescente, tandem amariusculo. Vitro colli angusti immersum eoque inverse Aquae imposito hanc non dulcem reddat; destillatione Alcohol nec nimis facile nec aromatico odore imbutum edat aut extractum genuino alienum relinquat.

Vitis viniferae Varietas apyrena. Frutex Europae australis, imprimis Archipelagi.

Baccæ maturæ sole siccatae, Passulae minores seu Corinthiæ O. Korinthen, Weinbeeren, kleine Rosinen. Raisins de Corinthe. Passole, recentes subrotundae obtusae, siccatae rugosae; epidermide rubro-nigricante glabra; parenchymate pulposo odoris debilis vinosi; saporis e dulci aciduli; subapyrenae. Probe mundandae.

WINTERA AROMATICA Murrayi. Drimys Winteri Forsteri. Cl. XIII. O. Tetragynia. Magnoliaceae Juss. Arbor nonnumquam frutescens freti Magellanici et Insularum vicinarum in vallibus apricis.

Cortex, Cortex Winteranus seu Magellanicus O. Winters-Rinde. Ecorce de Winter. Cortice Winterano. Venalis in fragmentis in se convolutis variae longitudinis et diametri; ab una ad tres lineas crassus; epidermide griseo-rubescente rugulosa annulata; compactus, solidus, fractus strata quandoque diversi coloris monstrans; in interiore superficie nigrescens fibrosus; odore grato aromatico-acri, in primis tritus nares vellicans; sapore aromatico-urente perstante piperaceo, os et fauces rodens, illo Corticis Canellae albae amariore, minus aromaticus.

ZINGIBER OFFICINALE Roscoaei. Amomum Zingiber Lin. Cl. I. O. Monogynia. Scitamineae Juss. Planta perennis Indiarum orientalium et Africae occidentalis cultura in Asia et America tropica propagata.

Radix. Radix Zingiberis O. Ingwer. Amome des Indes, Gingembre. Zenzero, Zinzibo. Venalis in segmentis pollicem et ultra longis, tuberoso-nodosis, complanatis, subpalmatis, obtuse lobatis aut mammillosis; epidermide teneriore e luteo pallide cinerea inaequaliter rugosa et plicata; cortice flavo-brunnescente; parenchymate albido carnosum in sicca subfarinoso; medulla albide flavente; ponderosa, compacta, vasis setose percursa; odore grato camphorato, in primis recens fragrans; sapore aromatico acerrimo fauces vellicans. Radicis integrae segmenta extus brunnea prius quam cito siccata fuerint, aquae ferventi, ne germinent, immersa inde corneae compagis, quae Zingiber commune seu nigrum (brauner Ingwer) audiunt, non adhibe. Solum alba, quae recens decorticatur et dein sole siccatur, utere.

* ZIZYPHUS VULGARIS Willd. Rhamnus Zizyphus Lin. Cl. V. O. Monogynia. Rhamnei Juss. Arbor Orientis, Europae meridionalis et Africae borealis passim culta. Rhamnus Jujuba O. Rother Brustbeerbaum. Jujubier, Gindoulier. Giuggiolo.

Drupa siccata Jujubae O. ovalis, utrinque obtusa; epidermide rubra rugosa; parenchymate carnosogranuloso albido fere inodoro mucilaginoso dulci, fovente putamen ovale utrinque acutum asperum biloculare.

s O.
ano.
ndi-
der-
etus,
non-
lore
ans;
fau-
inus

Zin-
luss.
occi-
gat.
des
neu-
om-
osis;
liter
ren-
ulla
per-
fra-
Ra-
cito
ersa
seu
So-
cca-

izy-
rbor
pas-
um.

usa;
gra-
fo-
bilo-

TOMUS SECUNDUS.

PARS I.

TECHNICA PHARMACEUTICA.

TO MRS. SECHINDUS
PART I
TECHNICAL PHARMACEUTICS

A
liq
lat
A
de
ge
sa
re
di
Ac
ha
du
ex
vi

ACETAS AMMONIAE DILUTUS loco Spiritus
vel Liquoris Mindereri O.

Para ex tempore diluendo Acetatis Ammoniae liquidi partem unam cum parte una Aquae destillatae.

Sit gravitatis specificae 1,040, ceterum sequenti similis.

ACETAS AMMONIAE LIQUIDUS.

R: Subcarbonatis Ammoniae in mortario lapideo contriti, quantum vis. Vasi vitreo amplo ingesto adde Acidi acetici concentrati tantum, ut saturatione peracta Acidum hoc levissime exuberet, quod circiter additis tribus partibus cum dimidia impetrabis. Ut distinguere possis, num hoc Acidum, num forsitan carbonicum, liquori adhuc inhaerens, Chartam Laccæ, qua saturationis gradum examinas, immutet, portiunculam liquoris exemptam et calefactam hac Charta tenta. Serva in vitris epistomiis vitreis claudendis.

Sit Liquor hyalinus, gravitatis specificae 1,070, odore proprio; sapore salino calefaciente, quidquam pungente tandem subdulci. Chartam Laccæ parum violaceo colore imbuat et igne totus avolet. Acido sulphurico concentrato addito spargat fortem odorem Acidi acetici. Instillata Potassa pura liquida Ammoniam valde redoleat. A pari pondere Alcoholis non turbetur, nec affuso Nitrato Argenti liquido vix sedimentum, in Aqua destillata postea addita irresolubile, demittat.

ACETAS OXIDI FERRI LIQUIDUS. Tinctura
Ferri acetici aetherea Klaprothii O.

℞ Ferri puri limati, quantum libet. Cucurbitae vitreae sat amplae, balneo arenae impositae, immissum solve calore 30° usque 40° in octo partibus Acidi muriatici. Solutioni ad ebullitionem redactae instilla paulatim Acidum nitricum, donec nullum amplius Acidum nitrosum eliminetur; tum illam dilue cum tringinta partibus Aquae relate ad illius quantitatem ponderatis et Oxidum Ferri omne Potassa pura liquida praecipita. Lixivio decantato Oxidum Aqua bene edulcora et hanc adhaerentem inter chartas emporeticas ita ab eo separa, ut adhuc quidquam humidulum sit, papyri laminae vero non amplius madeant. Dein Oxido vasi vitreo, claudendo, ingesto calore 30° usque 40° Acidum aceticum concentratum adde, donec saepius bacillo vitreo versatum ab hoc omne solutum sit. Solutionis parti uni adde Aetheris acetici partem nonam et duas nonas partes Alcoholis. Serva in vitris epistomiis vitreis exacte clausis contra lucem munitum.

Sit rubro-fuscus, vix pellucens, gravitatis specificae 1,010; odoris aetherei et Acidi acetici insignis et grati; saporis aetherei austeri amoeni. Cum Aqua et Alcohole omni ratione misceatur. Addita Ammonia pura liquida omne Oxidum eliminat, remanente liquore limpido.

ACETAS PLUMBI DEPURATUS. Saccharum
Saturni depuratum O.

Si venalis justus non prostaret, sequenti modo para:

℞ Acetatis Plumbi venalis partes duas. Vasi porcellaneo ingestas solve in Aquae destillatae bullientis partibus tribus, addendo paucillum Acidi acetici concentrati, quod ad plenariam solutionem hujus Acetatis sufficit. Lixivium fervidum

filtra et in vase pari loco frigido crystallisationi committe; liquorem vero decantatum ab hisce iteratim ad cuticulae formationem usque evapora, donec nihil amplius ex illo crystallisetur. Crystallinos collectas et inter chartas emporeticas siccatas serva in vitris bene obturatis a luce defensas.

(Sub-) ACETAS PLUMBI LIQUIDUS. Extractum Saturni O.

℞ Oxiduli Plumbi semivitrei pulverati partem unam et Acetatis Plumbi partes tres. Ebulliant cum Aquae communis partibus novem in vase cupreo, continuo spathula lignea agitata. Filtra et serva in vitris epistomiis paribus munitum.

Sit liquor fere hyalinus, gravitatis specificae 1,500 usque 1,505, saporis e dulci styptici nauseosi. Colorem Chartae Laccae non permutet, et addito Acido sulphurico sedimentum album copiosum deponat spargendo simul odorem Acidi acetici.

(Sub-) ACETAS PLUMBI DILUTUS. Aqua saturnina O. loco vegeto-mineralis Goulardi.

Para ex tempore, miscendo partem unam Subacetatis Plumbi liquidi cum viginti quatuor partibus Aquae destillatae.

Potius subopalescat, quam lactescat, et solum pauxillum pulveris albi deponat.

ACETAS POTASSAE LIQUIDUS. Liquor Terrae foliatae Tartari vegetabilis O.

℞ Subcarbonatis Potassae e Potassa depurata parati, quantum vis. Vasi vitreo amplo ingestum sensim cum sufficienti copia Acidi acetici concentrati satura, quod circiter duabus partibus hujus obtinebis, continuo miscellam bacillo vitreo agitando. Gradum saturationis, sub quo Acidum quidquam exuberet, examina, eximendo portiunculam miscellae, et calefactae immergendo Chartam Laccae, quam rubore subviolaceo imbuat. Liquorem eo-

usque saturatum filtra ac serva in vitris epistomiis vitreis claudendis.

Sit liquor hyalinus; gravitatis specificae 1,230 usque 1,235; inodorus; saporis salsi leviter pungentis inamoeni. Addito pari pondere Alcoholis non turbetur, adjecto Acido sulphurico concentrato odorem aceticum edat, et a tenore metallico purus sit.

ACETAS SODAE. Natrum aceticum. Terra foliata Tartari mineralis O.

℞ Subcarbonatis Sodae partem unam, quam in vase porcellaneo solve in Aquae communis bullientis partibus duabus. Solutionem adhuc calentem satura cum sufficiente copia Acidi acetici concentrati, et in eodem vase, balneo arenae imposito, evapora ad crystallisationis punctum. Tum illam loco frigido per quadraginta octo horas, ut crystalli formentur, sepone. Lixivium ab hisce decantatum, repetitis vicibus ita tracta, quamdiu tales largitur. Crystallos collectas inter chartas emporeticas desicca, ac in vasis vitreis probe claudendis serva.

Referat prismata hyalina, sexangula, planis lateralibus secundum longitudinem striatis, acuminata pyramidibus triangulis; saporis leviter salini, parum refrigerantis, non ingrati. Solvantur haec in quatuor partibus Alcoholis calore 14° et eodem in tribus Aquae ac una ultimae bullientis. Solutio harum instillato Acido sulphurico concentrato vapores aceticos eructet. Addito Muriate Barytae liquido aut Nitate Argenti liquido non deponat sedimentum, quod in Acido nitrico insolubile foret, nec ab Hydrosulphureto Ammoniae turbetur.

ACEPUM AROMATICUM loco antiseptici vel prophylactici O.

℞ Radicum Calami aromatici, Bulborum Allii recentium singulorum partem unam, foliorum et Summitatum Absinthii, foliorum Salviae, foliorum cum summitatibus subfloridis Menthae pi-

peritae, foliorum Rutae, Herbae floridae Serpylli omnium partes duas, Caryophyllorum aromaticorum partem dimidiam. Concisis et vasi vitreo ingestis affunde Aceti crudi partes nonaginta sex, et digere illa vase vesica perforata clauso saepius vas agitando calore 25° usque 30° per triduum. Aceto tum exprimendo colato adde Camphorae cum Alchhole tritae dimidium quoad pondus Caryophyllorum adhibitorum. Hoc facto per tres dies loco temperato sepositum a sedimento decanta et asserva in vitris bene clausis.

Liquidum sit pellucens, ex rubro lucide brunneum; odoris insignis parum acidi, plus aromatici maxime vero camphorati; saporis aromatici acris acidi.

ACETUM SCILLITICUM.

R. Alcoholis partem unam, Bulborum Scillae recentium concisorum partes duas, et Aceti crudi sex. Macera lagenis vitreis clausis saepius agitando per tres dies calore 20° usque 25°, leniter exprimendo cola et serva in vitris probe obturatis.

Liquidum sit pellucidum brunneo-rubrum; odoris acidi et acris; saporis similis, simul amari, quod vix tractu temporis sedimentum deponat.

ACIDUM ACETICUM CONCENTRATUM. Acetum concentratum O.

R. Acetatis Plumbi partes quindecim. Ingere retortae amplae tubulatae arenae balneo immissae, hisce et reliquis addendis non ultra tres quadrantes sui voluminis implendae. Affunde per tubulum miscellam paratam ex Acidi sulphurici concentrati partibus quatuor cum dimidia et Aquae communis partibus septem et dimidia. Retorta ope luti farinosi atque papyri excipulo amplo conjuncta et luto siccato igni primum leni, demum ad levem ebullitionem augendo ac excipulum semper refrigerando Acidum, donec nullae amplius guttae

ejus in istud cadant, destilla. Dein alteri retortae tubulataeingere relatae ad copiam Acetatis Plumbi adhibiti Oxidi Manganesii alcoholisati partem dimidiam. Liquore destillato huic infuso destillationem ad siccitatem miscellae usque repete. Acidum serva in vitris epistomiis vitreis probe claudendis.

Sit hyalinum, odoris acetici non empyreumatici aut sulphurosi; saporis valde acidi acris; gravitatis specificae 1,050 usque 1,055. Igne penitus avolet et partes duae ejus una Subcarbonatis Potassae saturentur. Addito Acetate Barytae liquido nullum Acidum sulphuricum, nec affuso Nitrate Argenti liquido Acidum muriaticum aut instillato Hydrosulphureto Ammoniae liquido Plumbum prodatur.

ACIDUM ACETICUM CONCENTRATUM CAMPHORATUM. Acetum camphoratum O.

℞ Camphorae partem unam. Pauxillo Alcoholis irroratam et pulveratam solve in vase vitreo probe clauso calore 30° usque 40° in Acidi acetici concentrati partibus quinquaginta. Serva uti prius.

Sit liquor incolor, odore et sapore acido camphorato, gravitate specifica 1,050. Coctus penitus avolet. Addita pari copia Aquae aut Ammonia pura liquida Camphora praecipitur.

ACIDUM ACETICUM DILUTUM loco Aceti destillati O.

Dilue partem unam Acidi acetici duodecim partibus Aquae destillatae.

Accedat odore et sapore etsi debiliore ad hoc Acidum et pars una Subcarbonatis Potassae viginti sex partibus ejus saturetur. Gravitate specifica aequet 1,007.

ACIDUM BENZOICUM. Flores Benzoes O.

℞ Subcarbonatis Potassae partem unam et Resinae Benzoes pulveratae partes decem. Ahenostanneo ingesta coque cum partibus triginta sex

Aquae destillatae miscellam continuo agitaculo ligneo versando. Resinam calore conglutinatam exime, refrigeratam pulvera et denuo in eodem lixivio, donec rursus coiverit, coque. Hoc Aquam bulliendo deperditam renovans repete, donec liquor clarus et incolor devenerit. Lixivium refrigeratum filtra in vas vitreum, ac Acidum benzoicum ex illo Acido sulphurico diluto sensim instillato praecipita. Sedimentum lixivio decantato viginti circiter partibus Aquae destillatae frigidae edulcora et inter chartas emporeticas sicca.

Sit pulvis albus, subcrystallinus, levis; odoris proprii debilis; saporis subacris; ad aërem constans. Calore 14° in ducentis partibus Aquae et in viginti quatuor cum dimidia bullientis ac duabus cum dimidia Alcoholis calore 14° solvatur. Igne penitus avolet forma vaporis albi sternutationem ac tussim moventis. Solutum colorem Syrupi Violarum vix in amethystinum mutet.

ACIDUM BORUSSICUM ALCOHOLICUM seu hydrocyanicum alcoholicum.

R. Borussiatis Potassae et Ferri partes quatuor, solve in vase vitreo in sedecim partibus Aquae et adde soluto Acidi sulphurici concentrati partes tres prius duodecim partibus Alcoholis dilutas miscella probe refrigata. In vitro bene clauso calore 14° non superante saepius agitando digestis liquidum de Sulphate Potassae deposito decantatum calore 70° usque 75° e retorta tubulata juncturis optime clausis circumspecte destilla, donec volumen obtenti destillati vigesies volumen, quod pars una Aquae adhibitae occupat, attingat. Excipulum durante destillatione quam plurimum refrigerandum est. Serva hoc Acidum in vitris minoribus epistomiis vitreis exactissime clausis loco frigido prae luce munitum ut summe veneficum.

Sit hyalinum, odoris et saporis alcoholici acris ac amygdalarum amararum utriusque insignis, gravitatis specificae 0,900. Coctum penitus avolet. Sulphatem Cupri et Muriatem Oxidi Ferri liquidum non mutet. Addita Potassa pura liquida Ferrum colore viridi, Cuprum vero albo-flavens in floccis praecipitet.

ACIDUM MURIATICUM CONCENTRATUM. Spiritus Salis fumans O.

℞ Muriatis Sodae decrepitati partes tres. Immitte retortae vitreae balneo arenae profunde imponendae et affunde miscellam ex Acidi sulphurici concentrati partibus duabus et parte una Aquae communis jam refrigeratam per infundibulum vitreum longum. Tum luto ex gypso usto et tela conjunge retortae excipulum amplum, cui prius partem unam cum tribus quatrantibus Aquae communis inmisseris. Ignem applica primo lenem, quem dein ad ebullitionem liquoris et versus finem destillationis adhuc magis auge, donec massa in retorta remanens sicca devenerit, excipulum continuo, quantum licet, refrigerando. Acidum obtentum unacum quarta parte Muriatis Sodae decrepitati retortae vitreae ingestum in excipulum, cui unam quartam partem Aquae destillatae ingesseris, secunda vice eodem modo destilla. Serva in vitris epistomiis vitreis bene clausis.

Sit hyalinum, gravitatis specificae 1,130 usque 1,135; vapores albescentes suffocantes eructans; saporis caustici. Igne penitus avolet. Pars una Subcarbonatis Potassae parte una et tribus quatrantibus ejus circiter saturetur. Sat dilutum a Muriate Barytae liquido non mutetur.

ACIDUM MURIATICUM DILUTUM. Spiritus Salis acidus O.

Dilue in vase vitreo partem unam hujus Acidi concentrati cum partibus duabus Aquae destillatae. Serva uti prius.

Sit huic simile, nullos vapores edens, et gravitatis specificae 1,036.

ACIDUM MURIATICUM OXIGENATUM. Acidum Salis dephlogistisatum. Chlorinum solutum Aqua. Aqua oximuriatica O.

℞ Oxidi Manganesii alcoholisati partem unam Muriatis sodae decrepitati partes quatuor. Intime mixtaingere cucurbitae vitreae, cui apparatus woulfianum adapta. Constet hic e tribus lagenis, quarum ambae priores insimul quadraginta partes Aquae contineant, et ultima libitum pondus Calcariae Aqua dilutae in se gerat. Vasis luto ex Argilla alba et Oleo Lini parato sibi conjunctis infunde cucurbitae miscellam partium duarum Acidi sulphurici concentrati et sex partium Aquae communis penitus refrigeratam. Cucurbita subere perforato, per quem tubus vitreus ex ea in primam lagenam ad fundum usque transeat, clausa, igne sensim augendo Gas acidum omne in lagenas continuo Aqua vel Nive refrigerandas evolve. Liquida in binis prioribus lagenis contenta serva in vitris epistomiis vitreis probe claudendis loco non ultra 14° calente luci subtracta.

Sit flavo-viridiusculum, copiosos vapores odoris pungentis suffocantes eructans; saporis ex acri styptici. Gravitate specifica vix Aquam excedat; calore 4° crystallos flaviusculas lamellosas deponat. Decoeti Laccae colorem primum in laete rubrum mutet, dein sicut omnes colores vegetabiles ita destruat, ut Subcarbonate Potassae liquido nequeat restitui.

ACIDUM NITRICUM. Spiritus Nitri acidus O.

℞ Nitratiss Potassae puri partes octo. Retortae vitreae tubulatae ampliori ingestio affunde liquorem ex acidi sulphurici concentrati partibus quatuor cum dimidia et Aquae communis partibus tribus paratum et penitus refrigeratum. Retortae balneo arenae immersae conjunge luto e

gypso ac farina confecto excipulum amplum, cui prius quinque partes Aquae destillatae instillaveris. Ignem primo leniorem, dein auctum applica, donec nullus ultra liquor destillet. Acido ex excipulo exento Nitratem Argenti liquidum, quamdiu ab hoc turbatur, instilla, tum quiete declaratum decanta et denuo destilla.

Hoc Acidum potius nomine nitrici *diluti* foret insigniendum, si simul *concentratum* hic receptum esset. Ultimum obtinebis, si excipulum vacuum retortae adaptas. Serva in vitris epistomis vitreis clausis.

Sit hyalinum, odoris proprii, saporis caustici, gravitatis specificae 1.230. Igne totum avolet; a Muriate Barytae liquido et Nitrato Argenti liquido non turbetur.

ACIDUM PHOSPHORICUM.

℞ Acidi nitrici partes duodecim. Infunde cucurbitae ampliori hoc vix ad vigesimam partem sui voluminis implendae, quam balneo arenae impositam loco aëri patente ita, ut Acidum leviter ebulliat, calefac. Tum partem unam Phosphori ultimo sensim adde; nempe frustulorum granorum quatuor aut sex circiter, in quae cum sub Aqua discinde, unum post alterum adjice semper cavendo, ne prioribus nondum ab Acido consumptis aut cucurbita adhuc vaporibus scatente aliud addas. Durante hac Phosphori oxidationem cucurbitam infundibulo vitreo leviter obtege, nec pro ejus solutione majorem ignem quam sufficientem applica. Solutione peracta liquorem e cucurbita refrigerata in vas porcellaneum planum effunde, cucurbitam vero quatuor partibus Aquae destillatae elava et hanc Aquam liquori admisce. Commixta ebulliant in balneo arenae, donec spissitudine Syrupum tenuiorem aequent; tum Acido refrigerato tantum Aquae destillatae affunde ut de-

cuplum pondus Phosphori adhibiti attingat. Ser-
va in vitris epistomis vitreis obturandis.

Sit incolor, clarum, inodorum; saporis acidi non
ingrati; gravitatis specificae 1,154. Pars ejus ad
spissitudinem Syrupi coquendo redacta nullos va-
pores nitrosos edat, nec affuso Nitrato Argenti li-
quido fuscet. Pars una Subcarbonatis Potassae a
duabus eum dimidia ejus saturetur solutione clara.
Addito Acetate Plumbi liquido sedimentum copio-
sum album floccoso-grumulosum, quod Acidum
nitricum instillatum penitus resolvat, demittat.

ACIDUM SUCCINICUM. Sal Succini O.

℞ Scobis Succini partes decem, quibus vasi
terreo vitreato ingestis affunde Acidi sulphuri-
ci pari pondere Aquae communis diluti par-
tem unam. Mixta infunde retortae vitreae colli
amplioris illis non ultra dimidium suum volumen
implendae ac balneo arenae immergendae. Tum
luto farinoso et papyro huic conjunge excipulum
amplum, e quo tubulus ope luti in vas Calcaria
pura Aqua diluta (Lacte Calcis) sat repletum con-
ducat et huic sat immersus sit. Juncturis siccatis
ignem primo lenem adhibe, quem mox ad colli-
quationem Succini usque adauctum applica, do-
nec nullum amplius liquidum destillet. Vasis
refrigeratis ac sejunctis partem Acidi collo re-
tortae inhaerentem prostanti in excipulo com-
misce. In excipulo balneo arenae imposito Aci-
dum mixtum quinque partibus Aquae destilla-
tae dilue ac per horam fere ad ebullitionem
calefac saepius bacillo ligneo versatum, donec
solutum sit. Oleo a liquore adhuc calente ope
separatorii separato, hunc nondum refrigeratum
per chartas madefactas filtra et in vase porcella-
neo calore 30° usque 40° ad punctum crystallisa-
tionis evapora, cui illum loco frigido per viginti
quatuor horas committe. E liquido a crystallis
dacantato iterata evaporatione reliquum Acidum

elice. Crystallos inter chartas probe exsiccatas
serva in vitris epistomiis vitreis claudendis.

Referat crystallos lamellosas aut radiatas, quae perfectae exhibent prismata trigona; singulatim incolores pellucidas; coacervatas flaviusculas; sapore acido grato; odore Oleum Succini aemulantes. Ad aërem persistent. Aqua solutae colorem Syrupi Violarum vix in amethystinum mutant. Igne primum liquentur, dein penitus sub forma vaporis albi avolent. Solvantur in viginti quinque partibus Aquae calore 14°, duabus cum dimidia bullientis ac in sesquialtera Alcoholis bullientis.

ACIDUM SULPHURICUM ALCOHOLICUM. Elixir acidum Halleri O.

℞ Alcoholis, quantum placet, cui vasi vitreo infuso sensim instilla par pondus Acidi sulphurici concentrati et rectificati. Serva in vitris epistomiis vitreis exacte clausis.

Sit lucide brunneum, clarum; odoris alcoholici, qui tractu temporis ad illum Aetheris sulphurici accedit; saporis acidi caustici; gravitatis specificae 1,220.

ACIDUM SULPHURICUM CONCENTRATUM RECTIFICATUM. Oleum Vitrioli rectificatum O.

℞ Acidi sulphurici concentrati destillati venalis copiam libitam, attamen duas libras non excedentem. Instilla retortae vitreae colli protractionis per infundibulum vitreum curvum collo illo longius, cavendo, ne inde retortam ultra medietatem repleas. Hanc immitte balneo arenae collo, quantum licet, inclinato; arena penitus obtege, ac huic excipulum voluminis duplo majoris ita adaptata, ut orificium excipuli a rostro suo vix non claudatur. Tum ignem applica et auge, donec Acidum sensim ebulliat. Primis Acidi guttulis destillatis excipulum remove ac alio paris ambitus sicco et quidquam calefacto substituto destillatio-

nem absolve. Acidum statim ingere vitris epistomiis vitreis bene obturandis et serva uti causticum.

Sit hyalinum; Olei instar spissum; gravitatis specificae 1,840. Aqua destillata dilutum et Ammonia pura liquida saturatum non turbetur, neque hic Sal liquidus addito Hydrosulphureto Ammoniae liquido colorem alium induat. Affusq̄ pari pondere Alcoholis non turbetur.

ACIDUM SULPHURICUM DILUTUM. Spiritus Vitrioli aut Sp. V. acidus O.

℞ Aquae destillatae partes quinque, vasi vitreo ingestis, sensim Acidi sulphurici concentrati rectificati instilla partem unam. Serva in vitris epistomiis vitreis clausis.

Sit hyalinum; gravitatis specificae 1,125; saporis acido-caustici, ac ceterum concentrati adinstar se habeat.

ACIDUM TARTARICUM. Sal essentialis Tartari O.

℞ Tartratis Potassae aciduli depurati partem unam, quam aheni amplo cupreo stanno obducto immisam coque cum decem partibus Aquae communis. Durante coctione sensim adde Calcarei Cretae alcoholisati copiam ad saturationem Acidi tartarici necessariam. Dein ahenum ab igne remotum sepone, ut Tartras Calcariae ejus fundum petat, quo facto lixivio decantato Tartratem Potassae modo pro hujus praeparatione indicato lucrari poteris. Tartratem Calcariae Aqua frigida sat edulcora et decantando ab immunditiis huic tum innatantibus libera. Depuratum super linteam expansum calore 40° usque 60° penitus desicca. Siccati partibus sexdecim adde in vase vitreo primo Aquae communis calidae partes sex et demum Acidi sulphurici concentrati antea cum triplo pondere Aquae communis diluendi partes septem, miscellam durante mixtione saepius spa-

thula lignea agita, et per duos usque tres dies calore 40° usque 50° frequenter aequè versando digere. Pulvem tenuem effunde super linteum album tenaculo impositum ac Acidum tartaricum liquidum adhuc Sulphati Calcariae inhaerens in vase vitreo excipe manibus linteum convolutum penitus exprimendo, quod adjecta huic Sulphati paricopia Aquae communis repete. Liquores acidos commixtos et quieti relictos decanta, ac in vase porcellaneo plano calore 60° usque 70° ad syrupi tenuioris spissitudinem evapora. Liquidum adhuc calens per linteum album madefactum collatum in talibus vasis calore 40° usque 50° inspissa, donec maxima pars Acidi ex eo secesserit; quod vero crystallis innatat, decantando et evaporando repetitis vicibus pertracta, quamdiu tales largitur, et hasce collectas calore 40° usque 50° in vase porcellaneo plano exsicca, in vitris clausis servandas.

Exhibent figuras varias, plerumque prismata hexagona lateribus duobus latioribus oblique truncatis et quatuor tenuioribus, quae latioribus binarie opposita sunt. Sint hyalinae, sonorae; ad aërem persistentes; saporis acidissimi, non tamen inamoeni. Solvantur in dimidia parte Aquae bullientis, in duabus hujus calore 14° et eodem penitus in tribus Alcoholis. Solutio illorum aquosa Subcarbonate Ammoniae liquido supersaturata maneat incolor, nec turbetur, nisi forsitan a minimo Calcariae Acido nuptae, neque Acetas Plumbi liquidus inde sedimentum in Acido nitrico non resolvendum eliminat.

AETHER ACETICUS. Ae. a. seu Naphta Aceti O.

℞ Acetatis Plumbi partes duas. Ruditer tritum immitte retortae vitreae tubulatae amplae balneo arenae impositae. Dein affunde miscellam ex Alcoholis et Acidi sulphurici concentrati utriusque parte una refrigeratam. Excipulo amplo ope luti farinosi et vesicarum adaptato digere calore 30°

usque 40° per viginti quatuor horas, et dein levi ebullitione Aetherem destilla, excipulum continuo Nive aut Aqua frigida refrigerando, donec Aether destillatus volumine Alcoholi adhibito pars sit. Adde obtento relate ad suum pondus sextam partem Calcariæ puræ liquidæ et Aetherem, ab ultima separatorio separatum, calore 60° non superante simili modo, uti prius, destilla. Serva in vitris minoribus, epistomiis vitreis exactissime obturandis, loco frigido.

Esto hyalinus, gravitatis specificæ 0,850; odoris penetrantis amoeni subacris; saporis os refrigerantis grati amaro- et aromatico-acris; Aethere sulphurico minus volatilis. In Aqua destillata non ultra octavam partem solvatur. Decocto Laccæ Musci instillatus et super illo deflagratus colorem in rubrum mutet; Sedimentum nigrum addito Hydrosulphureto Ammoniacæ liquido non deponat.

AETHER MURIATICO-ALCOHOLICUS. Spiritus Salis dulcis seu Spiritus muriatico-aethereus O.

℞ Oxidi Manganis pulverati partes tres et Muriatis Sodæ decrepitati octo. Mixtaingere retortæ tubulatae, balneo arenæ immissæ ac dein affunde Acidi sulphurici concentrati, prius cum Alcoholis partibus viginti mixti et refrigerati partes sex. Luto farinoso et vesicis retortæ excipulum vitreum amplum adapta, et post viginti quatuor horas calore 80° parum superante miscella ebulliat, cujus partes sedecim quoad volumen Alcoholis adhibiti destilla. Destillatum addita trigesima parte Magnesiacæ puræ relate ad pondus suum denuo e retorta minori calore 60° non exuberante destilla, donec residuum siccescere incipiat. Serva ut priorem.

Sit hyalinus; gravitatis specificæ 0,850 usque 0,860; odoris aromatici grati; saporis similis. Colorem Decocti Laccæ Musci vix in rubrum mutet et adhuc minus cum Subcarbonate Potassæ liquido efferveat. Addito Nitrato Argenti liquido nil deponat.

AETHER NITRICO-ALCOHOLICUS. Spiritus Nitri dulcis, Spiritus nitrico-aethereus O.

℞ Acidi nitrici partem unam, Alcoholis partes sex. Mixta stent per viginti quatuor horas in retorta tubulata, balneo arenae imposita, adaptato excipulo ope luti farinosi et vesicarum. Dein destilla calore 80° parum superante, donec volumen destillati de volumine Alcoholis adhibiti tres quartas partes aequet. Liquorem obtentum, adjecta relate ad suum pondus quadragesima parte Hydratis Calcariae, calore 60° non excedente, destilla, donec massa siccescere incipiat. Serva pari modo.

Esto hyalinus, tractu temporis leviter flavescens; gravitatis specificae 0,840; odore penetrante aethereo grato; sapore simili. Addita Subcarbonatis Potassae liquidi parte decima nec recens, nec vetustior efferveat.

AETHER SULPHURICO-ALCOHOLICUS. Liquor anodynus mineralis Hoffmanni seu Spiritus sulphurico-aethereus O.

℞ Alcoholis partes tres. In cucurbitam vitream immisso, instilla Acidi sulphurici concentrati partem unam. Mixta infunde retortae vitreae tubulatae, balneo arenae impositae per infundibulam, ac luto farinoso et vesicis huic conjunge excipulum amplam. Per viginti quatuor horas calore 50° usque 40° digesta ebulliant calore 80° non multum excedente, donec nullae amplius striae Aetheris alcoholici in collo retortae compareant. Addendo dein, residuo semirefrigerato Alcoholis pondus dimidium de eo, quod prius adhibitum fuit, destillatio iterari potest. Destillata obtenta, mixta, addita parte quadragesima Hydratis Calcariae quoad pondus liquoris mixti, modo pro rectificatione Aetheris muriatico-alcoholici praescripto rectificata, et serva simili ratione.

Esto hyalinus; gravitatis specificae 0,825 usque 0,830; odoris grati, penetrantis aetherei; saporis similis, nec colorem Decocti Laccae Musci permutet.

AETHER SULPURICO-ALCOHOLICUS DIGITALIS. Tinctura digitalis aetherea O.

Para e foliorum Digitalis siccatorum, recens pulveratorum, parte una et Aetheris sulphurico-alcoholici partibus quatuor per triduum maceratis. Serva pari modo.

Sit viridi-niger, Aqua dilutus gramineo-virens; odoris horum foliorum nauseosi ac aetherei; saporis similis valde acris.

AETHER SULPHURICO-ALCOHOLICUS OXIDULATO-FERRARIUS. Liquor anodynus martiatus loco Tincturae nervinae Bestuscheflii; Spiritus sulphurico-aethereus O.

R Ferri puri limati partem unam. Ingere cucurbitae amplae, arenae calidae impositae et affunde miscellam paratam ex octo partibus Acidi maratici concentrati et quatuor nitrici: Solutione peracta, evapora liquorem assidue bacillo vitreo agitatum in vase porcellano plano calore 80° non superante. Dein Murias Oxidi Ferri loco humido aëris attactu liquetur in fluidum obscure fulvum, cui filtrato, saepius conquassando admisce relate ad suum pondus duas partes Aetheris sulphurici, quem, mixtione facta, separa, et cui tum duplum Alcoholis addas. Excipe Aetherem sulphurico-alcoholicum oxidato-ferrarium lagenulis vitreis, epistomiis vitreis obturandis, ac luce intensiori expositum et decoloratum serva loco frigido obscuro.

Vix subflavescat et quidem vetustior nunquam, uti recens; esto clarus; gravitatis specificae 0,850; odore Aetherem sulphurico-alcoholicum aemulans, sit saporis valde syptici ferrarii. Luce non decoloratus addita Potassa pura liquida sedimentum rutilo-flavum deponat, et a Tinctura Gallarum in atramentum saturatum mutetur. Lucis influxu vero colore privatus, addita Potassa pura liquida, praeci-

pitatum coeruleo-virens demittat et a Tinctura Gal-
larum e nigro, etsi clarus, coerulescat.

AETHER SULPHURICUS. Naphta seu Aether
Vitrioli O.

℞ Alcoholis partem unam. Cucurbitae vitreae
ingesto, sensim et caute admisce Acidi sulphurici
concentrati venalis par pondus. Penitus refrigera-
ta infunde retortae tubulatae, arenae impositae et
applica excipulum amplum ope luti farinosi et
vesicarum, quo facto per viginti quatuor horas
calori 30° usque 40° expone. Dein igne fortiori mis-
cellam mox ebulliendam, excipulo semper Nive aut
Aqua frigida refrigerato, destilla, quousque adhuc
striae ramosae transeant, neque vapores in rostro
retortae compareant. Postea residuo in retorta
contento et refrigerato infunde partem dimidiam
Alcoholis relate ad copiam ejus primo adhibitam,
ac simili modo eousque, uti prius, destillare conti-
nua. Aetheri obtento adde ratione sui ponderis
Hydratis Calcariae vigesimam partem. Mixta per
biduum sepone, saepius agitando, et tum Aethe-
rem ab isto Hydrate separatam ex retorta vitrea,
balneo arenae imposita, calore 60° non superante
quamdiu purus gravitatis specificae 0,750 usque
0,760 transit, destilla, excipulum sub ultimis de-
stillationibus aequè refrigerando. Serva Aetheris
acetici adinstar.

Esto hyalinus, tenuissime fluens. Aeri expositus val-
de et totus volatilis; odore proprio fragrantissi-
mus; sapore penetrante, primum exaestuante, dein
os refrigerante, singulari. Vapores ejus facillime
inflammantur. Acidum sulphurosum nec odore
nec sapore prodatur.

ALCOHOLICA.

Destillatione aut maceratione aut digestionem parantur. Priori modo confecta Spiritus, ultimis obtenta arbitrariis vocibus Tincturarum, Essentiarum ac Elixiriorum insigniuntur.

Corpora, quibus impraegnanda sunt, prius rite comminue, et Alcohole, Alcohole diluto vel et Aqua ultra infracto pro ratione suae solubilitatis tracta.

Destillanda, maceratione praegressa, si substantiae extrahendae difficulter e corporibus prodeunt, secus sine hac praevia destilla e vasis vitreis aut yesicis cupreis, stanno obductis, impositis alembicis stanneis, hosce continuo refrigerando.

Quoniam Alcohol praecipue sub finem destillationis, adustioni corporum impediendae non sufficit, illi quantitatem Aquae relate ad volumen horum corporum satagentem adde.

Calore utere pro ebullitione liquidi alcoholici necessario, ast non majori.

Alcoholicorum digestionem aut macerationem perficiendorum impraegnationi cum corporibus extrahendis horum redactionem in minores partes aequae, ut destillationi, praemitte, ac pro varia illorum solubilitate Alcoholem vel Alcoholem dilutum adhibe. Macerationem calore 14° circiter, digestionem calore 30° usque 40° in genere institue. Pro ratione caloris lagenis aut cucurbitis vitreis, ultimis non ultra medietatem implendis, utere. Vasa, in quibus corpora macerantur, epistomiis suberinis, in quibus vero digeruntur, vesica madefacta, acu perforata, aut alembico vitreo vel phiola obtége. Durante utroque processu pro quantitate miscellae adhibitae aut hanc saepius versa, aut vas agita.

Hoc finito Alcoholica digesta refrigera, dein, ut macerata, per linteum arctioris texturae exprimendo. cola, ac sedimento deposito, residua expressa, et tecta filtra.

Omnia Alcoholica serva in vitris, epistomiis vitreis claudendis loco frigido.

Odore et sapore, ac partim colore substantiis extractis respondeant. Sint clara, et saltem in tenuibus stratis pellucida, nunquam partes, quae solum ad promovendam solutionem aliarum, uti salinae aut alcalinae, perverse addi possent, contineant.

ALCOHOL. Spiritus Vini rectificatissimus O.

ꝛ Alcoholis venalis, quantum placet, quem calore 75° non excedente, e vesica cuprea, stanno obducta, imposito alembico stanneo, addita parte vigesima Carbonum vegetabilium recens ustarum, destilla, quamdiu gravitate specifica 0,840 in excipulum transit.

Sit hyalinum; odoris etiam manibus fricatum alcoholici puri; saporis paris, valde volatile. Facile per vapores suos inflammabile, deflagret totum.

ALCOHOL. ABSINTHII. Tinctura Absinthii O.

Para e foliorum et summitatum subfloridis Absinthii parte una, in partibus sex Alcoholis diluti per triduum digesta.

Sit obscure viride, ab Aquae majori copia non turbandum.

ALCOHOL ALOËS. Tinctura Aloës O.

Para ex parte una Aloës lucidae et Alcoholis diluti partibus sex per triduum digestis.

Sit brunneo-nigrum, Aqua mixtum ochraceo-lactescens.

ALCOHOL AMMONIAE. Spiritus Salis ammoniaci vinosus, Liquor Ammonii vinosus O.

Misce Ammoniae purae liquidae partem unam cum Alcoholis partibus duabus.

Sit hyalinum; gravitatis specificae 0,910. Sapore et odore Ammonia pura praevaleat. Cum Acidis non effervescat.

ALCOHOL AMMONIAE ANISATUM. Spiritus Salis ammoniaci anisatus, Liqueur Ammoniac anisatus O.

℞ Olei aetherei Anisi vulgaris partem unam, solve in vase vitreo in partibus viginti quatuor Alcoholis et adde solutioni Ammoniac purae liquidae partes sex.

Sit, jam nuperrime praeparatum, pellucens; colore vinum album aemulans. Odore Ammoniac nares feriat et simul Oleum aetherum sat redoleat; sapore utrumque referat. Gravitate specifica aequet 0,800. Admixta pari quantitate Aquae destillatae lactescat.

ALCOHOL AMMONIAE ET GUAJACI. Tinctura Guajaci volatilise seu ammoniata O.

Para ex parte una Resinae Guajaci, in sex partibus Alcoholis Ammoniac per tres dies maccranda.

Sit brunneo-nigrescens, addita Aqua viridi lactescens.

ALCOHOL AROMATICUM. Tinctura aromatica O.

℞ Seminum Cardamomi minoris, Caryophyllorum aromaticorum, Radicis Galangae, singulorum partem unam, Libri Cinnamomi partes quatuor, digere, ruditer contusa, in Alcoholis diluta partibus quadraginta octo.

Sit rubro-brunnea; odore praedominantibus Caryophyllis; addita Aqua opalescens.

ALCOHOL AROMATICUM DILUTUM DESTILLATUM. Spiritus aromaticus O.

℞ Caryophyllorum aromaticorum, Libri Cinnamomi utriusque partem unam, Nucum moschatarum, Fructuum Coriandri amborum partes duas,

Flavedinis corticum Citri recentis partes quatuor et foliorum Melissa siccorum sex. Concisis et vesicae cupreae, stanno obductae, ingestis affunde Alcoholis diluti partes septuaginta duas et Aquae communis partes triginta sex. Per triduum maccratis, imposito alembico stanneo, destilla quantitatem Alcoholi adhibito aequalem, et destillatum pari modo rectifica, destillando ejus partes sexaginta.

Sit hyalinum; gravitatis specificae 0,870; odoris aromatici et alcoholici validi; saporis similis, praevallente Alcohole.

ALCOHOL AROMATICUM SULPHURICUM.
Tinctura aromatica acida, loco Elixirii Vitrioli Mynsichti. O.

Para ut Alcohol aromaticum, addendo Alcoholi diluto partem vigesimam quartam Acidi sulphurici concentrati et rectificati relate ad suum pondus. Cola per linteum evitato attactu corporum metallicorum.

Sit rubro-fuscum. Ab Aqua plus Alcohole aromatico turbetur.

ALCOHOL ASAE FOETIDAE. Tinctura Asae foetidae O.

Para ex Asae foetidae parte una et sex partibus Alcoholis diluti, per triduum digerendis.

Sit lucide brunneum, cum Aqua flave lactescens.

ALCOHOL AURANTIORUM. Tinctura Aurantiorum O.

Para ex parte una Baccarum Citri Aurantii immaturarum, ex partibus tribus flavedinis maturarum, et Alcoholis diluti viginti quatuor, per triduum digerendis.

Colore Vinum malacense aemuletur, addita Aqua, flavescens, opalescat et instillato Muriate Oxidi Ferri intense nigrescat.

ALCOHOL BENZOES. Tinctura Benzoës O.

Para e Benzoës parte una et sex partibus Alcoholis, per triduum digerendis.

Sit rubro-brunneum, cum Aqua lactescens.

ALCOHOL CAMPHORATUM. Spiritus Vini camphoratus O.

R. Camphoræ rasæ partem unam, quam frigide solve in Alcoholis diluti partibus duodecim.

Sit hyalinum; gravitatis specificæ 0.900; odoris Camphoræ et Alcoholis insignis. Addito pari pondere Aquæ lactescat, eliminata demum Camphora.

ALCOHOL CANTHARIDUM. Tinctura Cantharidum O.

Para ex parte una Cantharidum, in sex partibus Alcoholis diluti per tres dies macerandis.

Sit brunneum; saporis caustici; addita Aqua colore flavo-virente oppalescens.

ALCOHOL CASTOREI. Tinctura Castorei O.

Para ex parte una Castorei et partibus sex Alcoholis, per triduum digerendis.

Sit rubro-fuscum, addita Aqua intense e flavo-lactescens.

ALCOHOL CHINAE COMPOSITUM. Elixir Roberti Whytt O.

Para e radicem Gentianæ, Flavedinis corticum Aurantium, utriusque partibus tribus, corticis Chinæ fuscae partibus octo, in Alcoholis diluti partibus nonaginta sex per triduum digerendis.

Sit rubro-brunneum, cum Aqua potius opalescens, quam lactescens.

ALCOHOL CINNAMOMI. Tinctura Cinnamomi O.

tuor
et ve-
e Al-
quæ
nacc-
ntita-
atum
sexa-
aro-
æva-
UM,
i Vi-
Alco-
sul-
uum
rpo-
mati-
Asae
par-
is.
as.
ntio-
i im-
nata-
tri-
Aqua,
Oxidi

Para ex Libri Cinnamomi parte una et sex partibus Alcoholis diluti, per tres dies digerendis.

Sit rubro-fuscum, addita Aqua e brunneo opalescat.

ALCOHOL COCHLEARIAE DESTILLATUM.

Spiritus Cochleariae O.

Para ex herbae floridae Cochleariae recentis partibus duabus, parte una Alcoholis diluti et partibus duabus Aquae communis, destillando partem unam.

Esto hyalinum; gravitatis specificae 0,900, odoris et potius adhuc saporis cochleariae insignis, utriusque simul alcoholici.

ALCOHOL DILUTUM. Spiritus Vini rectificatus O.

Destilla Alcohol venale, donec sit gravitatis specificae 0,900. Ceterum esto Alcoholi simile.

ALCOHOL FORMICARUM DESTILLATUM.

Spiritus Formicarum O.

Para e Formicarum rufarum aut et nigrarum, Alcoholis diluti atque Aquae communis partibus aequalibus in apparatu destillatorio vitreo, destillando partem unam tertiam miscellae adhibitae.

Esto hyalinum; gravitatis specificae 0,900 parum excedentis; odoris grati acidulo-alcoholici; saporis similis. Addita Aqua, quidquam lactescat et Decoctum Laccae rubedine tingat.

ALCOHOL LAVANDULAE DESTILLATUM. Spi-

ritus Lavandulae O.

Para e florum Lavandulae siccorum parte una, Alcoholis diluti quatuor et Aquae communis octo, destillando partes quatuor.

Esto hyalinum; gravitatis specificae 0,900; odoris florum horum grati insignis; saporis paris amari-culi.

ALCOHOL MURIATIS OXIDULI FERRI. Tinc-

tura Ferri muriatici O.

℞ Ferri puri limati partem unam. Solve, vasi vitreo ingestum, calore 30° usque 40° in Acido muriatico diluto. Solutionem, in vas porcellaneum planum filtratam, et balneo arenae impositam evapora calore 30° non superante, saepius bacillo vitreo versando, ad siccitatem. Solve salem siccatum calore 30° usque 40° in Alcoholis diluti sextuplo pondere et filtra.

Sit flavo-virens, colorem Chartae Laccae vix in rubrum mutet et addita Potassa pura liquida sedimentum coeruleo-viride demittat.

ALCOHOL MYRRHAE. Tinctura Myrrhae O.

Para ex Myrrhae parte una et partibus sex Alcoholis per triduum digerendis.

Sit rufum, cum Aqua luteo-lactescens.

ALCOHOL OPII DILUTUM. Tinctura Opii simplex vel thebaica O.

Para ex parte una Opii siccati, cum Alcoholis diluti partibus quatuor et Aquae Cinnamomi partibus unabus per triduum digerenda.

Sit rubro-fuscum, gravitatis specificae 1,000. Addita Aqua non turbetur, et solummodo parum opalescat.

ALCOHOL POTASSAE. Tinctura Kalina O., loco Tincturae Antimonii acris O.

℞ Potassae purae recenter paratae, adhucdum siccae et calentis partem unam. In mortario ferreo calefacto rudius pulveratam,ingere cucurbitae vitreae aequalis temperaturae, cui prius Alcoholis, leviter calefacti, partes sex ingesseris. Imposito alembico vitreo et adjuncto huic ope luti farinosi et vesicaram excipulo, digere miscellam in balneo arenae calore 30° usque 40° per biduum, ac, si quidquam Alcoholis in excipulum transisset, hoc

in cucurbitam refunde et Alcohol a sedimento decanta.

Esto obscure e rubro brunneum, gravitatis specificae 0,904, odoris Alcoholici acris, saporis caustici.

ALCOHOL SAPONATUM. Spiritus Saponis O.

Para digerendo partem unam Saponis oleosi venalis in partibus quatuor Alcoholis diluti, donec solutus fuerit et tum filtra.

Colore aemuletur Vinum album, sit gravitatis specificae 0,933. unctuosum, spumescens, odore et sapore alcoholico - saponaceo.

AMMONIA PURA LIQUIDA. Spiritus Salis ammoniaci causticus O.

℞ Calcariae purae partem unam, quam sensim tribus partibus Aquae communis extingue. Pulverem refrigeratamingere cucurbitae balneo arenae sat profunde immersae, cui prius partem unam Muriatis Ammoniae immiseris. Coniunge cucurbitam cum alembico luto fariitoso et vesicis, ac rostrum alembici excipulo, Aquae destillatae parte, una cum dimidia impleto, ita adapta, ut vel ipsum, vel tubulo illi agglutinato, Aquae profunde immersum sit. Haec vasa luto non nimis arcte claude, ut aer atmosphaericus, in apparatu contentus, facilius ex hoc eliminetur. Porro, ut sub finem destillationis de augmento, quod Aqua, in excipulo prostrans, cepit, certus sis, in superficie hujus, vasis, ingestis prae apparatus conjunctione tribus partibus, Aquae altitudinem, quam hac copia in eo attingit, mensura et Chartae stria agglutinata nota. Luto bene siccato, miscella in cucurbita leviter ebulliat, refrigerato semper optime excipulo, et liquore in hoc ad striam papyraceam ascendente, destillationem, quam nunquam, ne destillatum in cucurbitam redeat, interrompere licet, fini. Tum

statim liquorem vitris, epistomiis vitreis ad amussim obturandis,ingere et serva loco frigido.

Sit hyalina; gravitatis specificae 0,960; odore Ammoniae insigni nares feriens; sapore eodem caustico; igne tota volatilis. Pars una ejus cum tribus partibus Olei amygdalini recentis miscellam aequabilem unguinosam formet. Saturetur duabus partibus Acidi sulphurici diluti sine effervescentia, solutione addito Sulphate Argenti liquido, nil deponente.

* AMYLUM HORDEI.

R. Farinae Hordei, quantum vis. Saculo linteo ita inclusam, ut eam inter et locum ligaturae spatium palmam altum, aëre repletum, intersit,ingere ahenocupreo, stanno obducto, in quo per duodecim horas, Aqua debite renovata, continue ebulliat. Dein Farinam, in placentam, conglutinatam a crusta grisea mucilaginosa depuratam, sicca calore 30° usque 40°. Nova crusta brunnea subcornea adempta, partem farinosam in pulverem in vase clauso loco sicco servandum redige.

Sit pulvis farinosus, albus, vix luteo-subrubens; odoris panis recens cocti hordeini; saporis farinosi subdulcis valde mucilaginosi; ceterum Amylo respondens.

AQUAE DESTILLATAE.

Omnes e vesica cuprea, stanno obducta, imposito alembico stanneo, in vitrea excipula destilla. Solum pro illis, quae Acido borussico scatent, apparatu vitreo utere.

Ignem applica talem, quo Aqua solum leviter ebulliat et alembicum continue refrigera.

Altitudinem, quam quantitas Aquae destillandae attingat in excipulo, in hoc, pari modo posito, copia Aquae eadem mensura et in hujus superficie stria papyracea nota.

Si ex ingredientibus destillationis extractum parandum est, hoc ex residuo brodio statim finita destillatione e vesica eximendo, perficias.

Aquas destillatas serva in vitris papyro leviter munitis ac in aquario obscuro, cui temperatura cellae sit.

Olea, vel recens destillatis aut vetustioribus innatantia aut fundum harum petentia, caute separa.

Aquas, quae odorem aut saporem genuinum perdiderunt, aut quae mucosae devenerunt, ac sedimentum simile deponunt, rejice.

AQUA AMYGDALARUM AMARARUM CONCENTRATA. Aqua Amygdalarum amararum O.

℞ Harum minutim contusarum partes sex, Alcoholis diluti partem unam, Aquae communis partes octodecim, de quibus ex apparatus vitreo destilla partes sex. Serva loco frigido, a luce defensam, ut summe veneficam.

Ab initio lactescit, dein Serum Lactis aemulatur; sit odoris amygdalarum amararum concentrati, saporisque similis.

AQUA ANISI VULGARIS.

℞ Fructuum hujus, ruditer contusorum, partem unam, macera in Aquae partibus decem per viginti quatuor horas et inde destilla partes sex.

Sit opalescens; odoris Anisi insignis; saporis paris, inprimis dulcis.

Potest ex tempore parari solvendo Elaeosacchari ejusdem partem unam in triginta duabus partibus Aquae destillatae.

AQUA CASCARILLAE.

℞ Corticis Cascarillae, grosso modo contusi,

partem unam, de quo in Aquae partibus viginti quatuor, per totidem horas macerato destilla duodecim partes.

Quidquam lactescat. Sit odoris et saporis Cascariillae insignis.

AQUA CASTOREI VINOSA.

℞ Foliorum Rutae siccatorum partes sex, Castorei partem unam, et affunde concisis ac contusis Vini aciduli partes septuaginta duas. Per viginti quatuor horas maceratis adde Aquae pondus quam Vini, et destilla partes septuaginta duas.

Esto fere limpida; odoris Castorei et Rutae genuini, non aliene ingrati; saporis similis alcoholico-dulcis.

AQUA CERASORUM NIGRORUM.

℞ Cerasorum nigrorum siccatorum, unacum nucleis contusorum, partem unam, Aquae partes decem, de quibus destilla duas.

Sit vix non hyalina; nucleos amoene ac sat redolens; saporis similis. Non nimia copia prostet, utpote brevi mucilaginoso et effoeta deveniens.

AQUA CHAMOMILLAE VULGARIS.

℞ Florum Chamomillae vulgaris siccatorum partem unam et Aquae partes novem, de quibus abstrahere quatuor.

Esto opalescens, tandem flavescens; odoris et saporis horum florum intensi.

AQUA CINNAMOMI ALCOHOLICA, A. C. vinosa O.

℞ Libri Cinnamomi, rudius pulverati, partem unam, additis Alcoholis diluti partibus duabus et sedecim Aquae macera per viginti quatuor horas ac destilla octo.

Sit potius lactescens quam opalescens; odoris et saporis Cinnamomi fortis, vix alcoholici.

AQUA CINNAMOMI, A. C. simplex O.

℞ Libri Cinnamomi, grossius pulverati, par-

Han-
sito,
berfi-

etum
nita

levi-
era-

ibus
ara.
num
se-

EN-
m O.

sex,
unis
treo
de-

; sit
apo-

par-
per
sex.

aris,

sac-
par-

tusi,

tem unam, macera per viginti quatuor horas in sedecim partibus Aquae et octo inde abstrahe.

Primum leviter, dein vix lactescat; odore et sapore, ultimo simul saccharino, Cinnamomum referat.

AQUA COCHLEARIAE.

Para ex herbae Cochleariae floridae recentis parte una, Aquae partibus sex infusa, destillando partem unam.

Sit limpida; odoris acris; saporis adhuc acrioris, illi herbae recentis penitus similis.

AQUA DESTILLATA, A. d. simplex O.

℞ Aquae communis, quantum vis, cujus duas tertias partes destilla, rejiciendo portiunculam primam destillatae.

Sit inodora, insipida, nec reagentibus Sales metallicos terreosve aut substantias organicas prodat.

AQUA FLORUM CITRI AURANTII, A. Aurantium seu Naphae O.

Si venalis justa non prostaret, para e florum recentium parte una et novem Aquae, destillando partes quinque.

Opalescat, et odore grato valido ac sapore simili florum excellat.

AQUA FOENICULI.

℞ Fructuum Foeniculi, ruditer contusorum, partem unam, per viginti quatuor horas maceratis in Aquae partibus decem, destilla partes sex.

Esto parum opalescens; odoris fortis; saporis parvis dulciusculi.

Licet hanc, ut Aquam Anisi vulgaris ex tempore parare.

AQUA HYSSOPI.

℞ Herbae floridae Hyssopi siccatae partem unam, concisae adde Aquae partes sedecim et quatuor abstrahe.

Sit limpida; odoris et saporis proprii aromatici sub-acris.

AQUA JUNIPERI.

℞ Galbulorum Juniperi recentium contusorum partem unam, affusis partibus quinque Aquae, destilla duas.

Sit limpida, tandem lactescens; odoris et saporis proprii insignis.

AQUA LAURO-CERASI.

℞ Foliorum ejus recentium partem unam, in mortario lapideo pistillo ligneo ruditer contusis, adde Aquae partes quinque, et e vitreo apparatu destilla partem unam. Serva, ut summe veneficam.

Non est penitus limpida, demittens sedimentum paucum flavum grumulosum, oleosum. Aqua ipsa adhuc venenatoris indolis. Amygdalas amaras contusas graviter redoleat; saporis sit acris et styptici. Colorem Decocti Laccæ Musci parum in violaceum mutet. Instillato pauxillo Potassae purae liquidæ, et tum addito Sulphate Oxiduli Ferri, colore primum viridescente, postea, adjectis aliquot guttulis Acidi muriatici, cyaneo tingatur. Oleum aut grumos oleosos, fundum petentes, caute ab Aqua separa.

AQUA MELISSAE.

Para ex parte una foliorum siccatorum et partibus sedecim Aquae, destillando quatuor.

Sit hyalina; odoris foliorum, etsi debilioris. Non ultra tres menses prostet.

AQUA MENTHAE CRISPÆ, Aqua Menthae O.

Para ex foliorum et summitatum subfloridarum ejus, siccatorum ac concisorum, parte una et Aquae partibus sedecim, destillando quatuor.

Sit hyalina; odoris et praecipue saporis proprii intensi.

AQUA MENTHAE PIPERITAE.

℞ Foliorum et Summitatum subflorentium hujus Menthae, siccatorum ac concisorum, partem unam, affusis Aquae partibus sedecim, destilla octo.

Sit limpida; odoris et potius saporis ejus validi.

***AQUA MENTHAE PIPERITAE ALCOHOLICA, seu vinosa O.**

℞ Foliorum et summitatum subflorentium, siccatorum ac concisorum, partem unam, et destilla, additis partibus duabus cum dimidia Alcoholis diluti et sedecim Aquae, partes octo.

Esto lactescens, quasi opaca; odoris proprii insignis; saporis paris, utriusque simul alcoholici.

AQUA PETROSELINI.

Para ex herbae et radicum ejus, utrorumque recentium concisorum, parte una, affusis Aquae partibus quinque, destillando duas.

Esto hyalina; odoris et saporis utriusque partis hujus plantae insignis.

AQUA ROSARUM CENTIFOLIARUM. Aqua Rosarum O.

Para ex ejus Petalorum cum calycibus recentium parte una, destillando de Aquae novem partibus additis tres.

Sit quidquam opalescens; odoris harum Rosarum insignis; saporis odorem aemulantis.

AQUA RUBI IDAEI.

℞ Placentarum, de expressione Acinorum hujus Rubi residuarum, recentium partem unam, Aquae partes sex, de quibus abstrahas tres.

Esto limpida; odoris horum acinorum, saporis ejusdem debilioris.

AQUA RUTAE.

Para e foliorum ejus, siccatorum ac conciso-

rum, parte una et Aquae partibus sedecim, destillando octo.

Sit clara; odoris Rutae intensi, etsi facile pereuntis; saporis similis.

AQUA SALVIAE.

℞ Foliorum Salviae, siccatorum et concisorum, partem unam, Aquae partes sedecim, ac destilla quatuor.

AQUA SAMBUCCI.

Para e florum ejus siccatorum parte una, affundendo partes sedecim Aquae, et destillando quatuor.

Sit clara, paucis floccis primum in illa natantibus depositis; non vero vetustate mucilaginosa; odoris et magis adhuc saporis florum intensi.

AQUA VALERIANAE.

℞ Radicum ejus, siccatarum et ruditer contusarum, partem unam, Aquae partes octodecim, et abstrahe decem.

Vix lateat; sit odoris radice validi; saporis adhuc potentioris exaestuantis.

ARSENII POTASSAE LIQUIDUS.

℞ Acidi arseniosi vitrei partem unam et Subcarbonatis Potassae partem dimidiam. Cucurbitae vitrei ingesta, coque, additis partibus centum Aquae destillatae, usque ad plenariam Acidi solutionem. Tum liquore ponderato, affunde solutioni exactissime tantum Aquae destillatae, ut ponderi centum partium par sit. Serva, uti summe veneficum.

Esto hyalinus; inodorus; saporis metallici proprii nauseosi. Charta Curcumae tentatus, parum alcalinum se exhibeat. Addito Acido hydrobionico liquido, havescat, deponendo sedimentum tale floccosum, et Calcaria pura liquida praecipitatum album floccosum leve eliminet. In partibus centum hujus solutionis continetur pars una Acidi arseniosi.

B O L I.

Partes excipiendas excipientibus, modo pro confectione Massae pilularis praescripto, misce.

Divide Massam, in Magdaleones redactam, exacte secundum pondus, pro singulis bolis praescriptum.

CALCARIA PURA LIQUIDA. Aqua Calcis O.

✻ Calcariae purae partem unam, cui in vase terreo vitreato sensim Aquae communis partes quinquaginta, et quidem, primo fervore praeterito, miscellam saepius agitando, affunde. Stent in vase bene tecto, donec Aqua clara devenerit, quam statim decanta in vasa vitrea haud magni voluminis, bene claudenda.

Sit hyalina; saporis alcalini, os siccantis. Chartam Curcumae valde colore e rubro-brunnescente imbuat; instillato Oxalate Ammoniae liquido, intense lactescat, et, aëri exposita, mox cuticulam contrahat.

CARBO VEGETABILIS PRAEPARATUS.

✻ Carbonum Pini sylvestris, quantum placet. Eousque excandefactos, ut non ultra flammam edant,ingere vasi ferreo aut terreo vitreato, in quo obtecti exstinguantur. A Cineribus mundatos et adhuc calentes, contunde in pulverem subtiliorem, quem subito vitris, epistomiis suberinis optime claudendis, ingere.

Exaestuati, rutili sine flamma excandean.

CARBO SPONGIAE MARINAE. Spongia usta O.

✻ Fragmentorum Spongiae hujus, quantum vis. Imple illis compressis crucibulum terreum, quod operculo, parvo foramine pertuso, obtege, et igni exponere, donec spongia cesset fumare. Cruci-

bulo refrigerato, exemptam, pulvera et serva in vitris, perfecte obturandis.

Sit pulvis griseo-niger; odoris et saporis Spongiae marinae tostae, etsi longe debilioris.

(Sub-) CARBONAS AMMONIAE. Alkali volatile siccum O.

✱ Muriatis Ammoniae partem unam, Calcarei Cretae partes duas. Utrumque separatim pulvera, dein calore 25° usque 50° per plures dies exsicca, ac siccata misce. Ingere retortae vitreae colli amplioris, quam balneo arenae tam profunde, ut, quantum fieri potest, hac obtegatur, immerge. Conjunge retortae excipulum ambitus relate ad hanc dimidii luto farinoso et papyro. His siccatis, applica ignem primo lenem, dein ad excandescentiam retortae usque auctum, excipulum probe refrigerando, donec non amplius a transeuntibus vaporibus Subcarbonatis Ammoniae calefiat. Apparatu omnino refrigerato, hunc Subcarbonatem, excipulo leniter calefacto, exime et statim vitreis aut faventinis vasis, subere obturandis, loco frigido servandum ingere.

Formet crustas salinas crassas, bene asservatas ulterio-ri Aquae jactura tandem cretaceo-albescentes; odoris ammoniacalis penetrantis; saporis paris subcaustici; in tribus partibus Aquae calore 14° solubiles et 70° usque 80° penitus sublimandas. Acido nitrico saturatae, instillato Nitrato Argenti liquido, vix vestigium Acidi muriatici monstrent.

(Sub-) CARBONAS AMMONIAE LIQUIDUS.

Spiritus Salis ammoniaci aquosus, Liquor Ammonii carbonici O.

Solve partem unam hujus Subcarbonatis sicci in quatuor partibus Aquae destillatae frigidae, et serva in vase vitreo, epistomio vitreo exactissime clauso.

Sit hyalinus; gravitatis specificae 1,075; odoris et saporis memorati intensi. Partes undecim ejus a duodecim Acidi sulphurici diluti sub forti effervescencia saturentur.

SUBCARBONAS AMMONIAE PYRO-OLEOSUS,
loco Salis Cornu Cervi O.

℞ Crustae salinae, sub praeparatione Olei animalis foetidi obtentae, partem unam. Retortae vitreae, collo largiori instructae, inmisso, adde Carbonis vegetabilis praeparati octavam partem. Conjunge retortae, balneo arenae impositae, luto farinoso et papyro excipulum, igne leni applicato, assidue refrigerandum. Finita sublimatione et apparatu refrigerato, serva salem sublimatum in vitris, epistomiis vitreis et contra lucis influxum munitum.

Massa haec crystallina sit flaviusculo - albida; odoris Ammoniae et Olei aetherei animalis penetrantis, saporis paris subcaustici. Aëri expositum, brunnescit et avolat maxima ex parte. In quatuor partibus Aquae calore 14° solvatur, et calore 60° penitus sublimetur.

SUBCARBONAS AMMONIAE PYRO-OLEOSUS
LIQUIDUS, loco Spiritus Cornu Cervi O.

Destilla Liquoris destillati, sub praeparatione Olei animalis foetidi obtenti, quantum placet e retorta vitrea, balneo arenae imposita, donec liquor gravitatis specificae praescriptae sit, in excipulum amplum, huic luto farinoso adaptatum, et durante processu semper probe refrigerandum. Serva in vitris, epistomiis vitreis clausis.

Sit fere hyalinus; gravitatis specificae 1,070; odoris Subcarbonadis hujus insensibilis; saporis paris subcaustici; totus volatilis. Octo partes ejus, novem Acidi sulphurici diluti, sub forti effervescencia saturentur.

(Sub-) **CARBONAS CALCARIAE ANIMALIS,**
loco lapidum Cancrorum praepparatorum O.

℞ Concrementorum Cancrorum, coctione mundatorum, quantum vis. In mortario ferreo pulverata, laeviga, Aqua irrorata, super porphyrite. Pollinem subito in balneo Aquae siccatum, serva in vitris, epistomiis vitreis probe claudendis.

Sit pollen album, inodorum, insipidum; Acido muratico affuso, fere totum sub effervescentia solubile.

(Sub-) CARBONAS MAGNESIAE. Magnesia aërata seu carbonica O.

℞ Sulphatis Magnesiae partes tres, Subcarbonatis Potassae duas. Solve utrumque, seorsim vasi stanneo ingestum, in Aquae communis bullientis partibus decem. Solutiones, adhuc calentes, misce, et ebulliant per horae quadrantem, continuo spatula lignea versatae; dein lixivium de miscella fervida colando separa. Subcarbonatem Magnesia in linteo residuum Aqua bulliente in vase terreo vitreato iteratim edulcora, donec Murias Barrytae liquidus in Aquis decantatis nullum ulterius Sulphatem indicet. Aqua, illi inhaerente, sensim colando separata, siccetur super linteis aut tabulis ligneis calore 30° usque 40°. Serva in vasis clausis.

Esto candidus, inodorus, insipidus, quasi inpalpabilis. In quinque partibus Acidi sulphurici diluti effervescens plenarie solvatur. Additis Aquae destillatae partibus novem cocto, Aqua nullum tenorem Sulphatum vel Muriatum reagentibus monstret.

CARBONAS POTASSAE. Sal Tartari crystallisatus O.

℞ Subcarbonatis Potassae, e Tartrate Potassae acidulo combustionem parati, partes duas, quas solve in Aquae destillatae partibus tribus. Solutionem, per chartam albam filtratam, infunde excipulo tubulato, illa non ultra vigesimum sui voluminis implendo. Retortae tubulatae, cui circiter dimidius

ambitus excipuli sit,ingere Calcarei Cretae pulverati partem unam, ac additis tribus partibus Aquae communis, in pulvem quassando redige, Rostrum retortae excipulo eo usque immerge, ut fere superficiem solutionis tangat Vasis luto farinoso et vesicis conjunctis, instilla pulti per vices miscellam ex Acidi sulphurici concentrati partibus duabus et octo Aquae communis, jam refrigeratam, modo sequenti: Apparatu loco calore, 10° non excedente, disposito, prima et sequentibus vicibus non ultra decimam miscellae partem instilla, et parte una tali infusa, secundam ante horae intervallum non addas. Tubum retortae, Acido addito, statim quavis vice subere obtura, et ingesta prima portione, dimidia hora postea tubulum excipuli vesica integra convoluta claudere. Omni Acido inmisso, bacillo ligneo, per tubi orificium retortae intraso, pulvem, adhuc Acido carbonico scatentem, saepius versa, epistomium suebrinum statim postea reapplicando. Solum post quadraginta octo horas aut tardius, omni pultis effervescentia finita, apparatus dirime. Liquore decantato, crystallos Carbonatis Potassae inter chartas emporeticas calore 20° usque 25° desicca. Lixivium decantatum pari calore in vasis vitreis planis tamdiu, quamdiu crystallos perfecte neutras deponit, evapora. Serva in vasis clausis.

Formet prismata rhomboica, planis binis terminalibus truncata; saporis alcalini ingrati, ast debilioris, quam Subcarbonati Potassae est; ad aërem perstantia; in quatuor partibus Aqua calore 14° solubilia; in Alcohole fere penitus insolubilia. Aquae bullienti injecta, multum Acidum carbonicum eructent, et partim in Subcarbonatem Potassae abeant. Reagentibus tentata, Sulphates et Muriates non prodant.

(Sub-) CARBONAS POTASSAE. Sal Tartari O.
℞ Subcarbonatis Potassae venalis partem u-

nam. Vasi ferreo polito ingestum, solve in Aquae bullientis partibus tribus, coquendo per horae quadrantem. Lixivium adhuc calidum decanta in vas terreum vitreatum, in quo illud per viginti quatuor horas relinque, ut sales neutri, simul soluti, deponantur. Quo facto, colando per linteum, ~~infunde~~ infunde lixivium vasi ferreo, ad medietatem evapora, ac loco frigido per viginti quatuor horas crystallisationi committe. Depositis crystallis, liquidum residuum de novo decanta, ac pari modo, iterata crystallisatione Salibus neutris eliminatis, lixivium Subcarbonatis Potassae, et quidem sub finem continuo spathulá ferrea polita agitandum, evaporando exsicca. Denuo vasi terreo vitreato ingestos grumulos salinos solve in pari copia Aquae frigidae, et solutionem, per viginti quatuor horas quiete declaratam et decantatam, uti prius, ad siccitatem evapora. Statimingere vitris, probe claudendis et loco sicco reponendis.

Referat grumulos pulverulentos, candidos; saporis alcalini ingrati insignis; aëris contactu diffuentes; in pari pondere Aquae calore 14° totos solubiles, solutione, Acido nitrico saturata et dein reagentibus tentata, vix vestigium Muriatis vel Sulphatis cujusdam monstrante.

SUBCARBONAS POTASSAE LIQUIDUS. Oleum Tartari per deliquium, Liquor Kali carbonici O.

Solve partem unam Subcarbonatis hujus in duabus partibus Aquae destillatae. Serva in vitris, epistomiis vitreis clausis.

Sit hyalinus; contactu unguinosus; gravitatis specificae 1,240; ceterum sali soluto similis.

SUBCARBONAS POTASSAE PURUS.

℞ Tartratis Potassae aciduli depurati partem unam, quam in crucibulo ferreo, donec fumus et flamma cessent, ure. Residuum, adhuc calidum, in

mortario ferreo pulveratum, solve in partibus sex Aquae bullientis. Solutionem, filtrando vasi terreo vitreato infusam, sepone loco frigido per viginti quatuor horas, et denuo filtratam, evapora in vase ferreo polito ad perfectam siccitatem. Vitris, probe obturandis, ingestum, serva loco sicco.

Exhibeat grumos salinos, subgranulosos, candidos, reagentibus nil alterius tenoris prodentes.

CARBONAS SODAE. Natrum aëratum seu carbonicum neutrum vel saturatum O.

℞ Subcarbonatis Sodae crystallini partem unam. In Aquae destillatae partibus duabus solutum, in apparatu, pro confectione Carbonatis Potassae praescripto, pari modo per biduum et ultra pro ratione, qua absorptio Acidi carbonici progreditur, tracta. Lixivium de crystallisatione remanens, simili methodo penitus Acido carbonico saturare, aut in alios usus vocare poteris. Serva in vasis clausis.

Referat crystallos, in crustas concervatas; oblongo-rhomboicas; hyalinas, splendidas; aëris tactu immutabiles; saporis potius salini quam alcalini, quem ultimum solum, longius ore retentae, edunt. Aqua bulliente affusa, plurimo Acido carbonico evoluta, partim in Subcarbonatem abeant. Solvantur calore 40° in undecim partibus Aquae, solutione charta Curcumae indagata, vix minimum indicium indolis subalcalinae exerente. Haec solutio frigida a Sulphate Magnesia non turbetur.

(Sub-) **CARBONAS SODAE.** Natrum carbonicum alcalescens O.

Si venale purum non prostaret, sequenti methodo depura:

℞ Subcarbonatis Sodae venalis partem unam. Vasi ferreo polito inmissum, solve in parte una cum dimidia Aquae bullientis. Liquorem coctum filtra, et in vase terreo vitreato loco frigido crystal-

lisationi commite, qua peracta, decanta, et crystallos inter chartas emporeticas desicca calore, 15° non excedente. Lixivium iteratim ad punctum crystallisationis, quod omni vice, illo ad dimidium evaporato, intrabit, coque, donec nullas amplius crystallos bonae notae suppeditet. Crystallos desiccatas serva in vitris bene clausis.

Hae coacervatae formant ut plurimum rhombos aut prismata tetragona, planis terminalibus opposite truncatis, quae sint recentia hyalina et saporis alcalini mitioris, quam Subcarbonas Potassae. Aëris influxu fatiscunt. Solvantur in duabus partibus Aquae calore 14° et minori copia quam una parte fervidae. Solutiones hae, Acido nitrico saturatae, addito Muriate Barytae liquido vel Sulphate Argendi liquido, vix non turbentur.

(Sub-) CARBONAS SODAE SICCATUS. Natrium aëratum seu carbonicum alcalescens dilapsum O.

℞ Subcarbonatis Sodae crystallini, quantum vis. In pulverem rudiorem contritum, exsicca super charta, cribro imposita, calore 20° usque 25°, donec in pulverem subtilem dilapsus sit. Serva in vitris.

Hic pulvis esto albus; saporis multo acrioris et aestuantioris alcalini, quam idem Subcarbonas crystallisatus; ceterum huic similis. Triginta septem partes hujus aequant relate ad suum tenorem salinum centum crystallini.

CITRAS CALCARIAE ANIMALIS. Lapides Cancrorum citrati O.

℞ Subcarbonatis Calcariae animalis praeparati, quantum libet. Saturata cum sufficiente quantitate Succu Citri recentis, et succo, pulveri innatante, decantato, pauxillo Aquae frigidae edulcoratum, sicca calore, 80° non excedente. Serva in vitris bene clausis.

Pulvis sit albus; subtilis; saporis terrei; in Aqua solum, adjecta magna quantitate Acidi, in Acido nitrico sine notabili effervescentia solubilis. Aëris influxu tandem odorem mucidum contrahit, et igni expositus nigrescit, Acida pyro-vegetabilia redolens.

* CITRAS POTASSAE. Cali Citratum O.

℞ Subcarbonatis Potassae, quantum libet. Vasi vitreo ingestum, satura cum sufficiente quantitate Succii Citri. Liquorem, per duodecim horas quieti commisum et filtratum evopora in vase porcellaneo, calore 80° non attingente, ad siccitatem. Salem adhuc calidum committe vitris, epistomiis vitreis obturandis.

Referat massam crystallino-grumulosam; rubigineo-brunneam; aëris influxu humescentem; saporis ingrati salsi, non alcalini; calore 14° in duabus partibus Aquae et una fervidae solubilem. In quatuor partibus Aquae solutus, addito Acido acetico, nullum sedimentum album crystallino-pulverulentum (Tartratam Potassae acidulum) deponat.

CONSERVAE.

Solum e partibus vegetabilium recentibus sat succulentis et mollibus in toto paranda sunt.

Hasce contunde in mortario lapideo ope pistilli lignei, addendo sensim Saccharum in frustulis, et quidem primo partem solum parcam, donec miscella in pastam grumulosam, aequabiliter mixtam, abierit.

In genere pro substantiis succulentioribus tribus, pro minus succulentis duabus partibus Sacchari indigebis.

Quamdiu turgent, saepius agitaculo ligneo eas versa.

Serva loco frigido sicco in vasis fictilibus,
papyro tectis, illis spissius implendis.

Non ultra annum prostent.

Sint odoris et saporis substantiarum adhibitarum, ut-
pote recentium, genuini, ultimi simul saccharini.

CONSERVA ROSARUM CENTIFOLIARUM.

Conserva Rosarum O.

Para ex petalorum Rosarum parte una et
duabus Sacchari.

Quidquam rubeat.

DECOCTA.

Corpora coquenda prius pro sua indole vario
modo comminuas.

Coque in vasis terreis, vitreatis aut cupreis,
stanno obductis, aut et illa, quae nullum Acidum
liberum aut sales acidulos continent, in aurichal-
ceis; omnibus paribus operculis tectis.

Igne non utere fortiori, quam pro Aqua ebul-
lienda sufficienti; hunc vero, durante coctione,
aequabilem applica.

Corpora, exceptis, quae mox solvuntur, sub
coctione saepius versa.

Decocta cola per lintea, substantiis decoctis
simul bene expressis.

Quae refrigerata copiosum sedimentum, prae-
cipue e partibus efficacibus constans, demittunt,
adhuc calentia decanta, vel cola.

Nunquam longius pro futuro usu prostent.

ELAEOSACCHARA.

Para ex tempore, terendo in vasis vitreis partem unam Oleorum aethereorum cum nondecim partibus Sacchari pulverati.

In genere nunquam prostent; ipsa usitatissima solum per aliquot dies in vitris, epistomiis vitreis probe clausis, licet loco fridigo servare.

Sint aequabiliter mixta, atque colore et praecipue odore ac sapore insigni Oleo contento respondeant.

ELAEOSACCHARUM CORTICUM CITRI RECENTIUM.

Para, deterendo de singulis baccis Citri medicae totam epidermidem cum unciiis tribus Sacchari, et redigendo dein in pulverem.

ELECTUARIA.

Corpora excipienda solida modo, pro pulveribus parandis praescripto, misce.

Mollia, tenacia, aut et solida in parca quantitate menstrui, eorum solutioni convenienti, solubilia et exigua dosi valde efficacia, in tali menstruo solve, et dein reliquis excipiendis conjunge.

Liquida ejusdem indolis, connubium cum reliquis solidis excipiendis respuentia, prius alio, unionem mediante, subige; dein pari ratione hisce adde.

Excipienda mixta mortariis lapideis aut vasis terreis vitreatisingere, et demum illis excipientia sub continua agitatione ope pistilli lapidei aut agitaculi lignei intime conjunge. Mortariis vitreis utere,

si Sales aut Acida, quae a prioribus vasis alterari possent, continent.

Excipientium tantum adde, ut electuaria praescriptam consistentiam acquirant, qua ratione duplicia sunt, mollia vel spissa.

Priora aequent Pulpas spissitudine, quae secundis eo gradu major sit, ut, etsi versabilia, ex officio vasis inclinati tamen non Pulparum modo effluent, quin crassitiem Massae pulularis minimam attingant.

Serva in ollis faventinis, papyro tectis, loco frigido sicco. Quae mox confecta turgent, solum post viginti quatuor horas, quo tempore frequentius versentur, obtege.

ELECTUARIUM AROMATICO-OPIATUM, loco Theriacae Andromachi O.

℞ Opii siccati et pulverati partem unam. In vitro clauso macera per biduum in Vini alcoholici partibus quatuor. Taliter solutum et dilutum,ingere Mellis despumati, parum calefacti, partibus septuaginta duabus. Probe mixtis, sensim et miscellam semper versando, adde pulverem sibi intime mixtum, e Myrrhae, Croci et Sulphatis Oxiduli Ferri, singulorum parte una, Caryophyllorum aromaticorum, Cardamomi minoris, radicum Valerianae et Zingiberis, singulorum partibus duabus, radicum Angelicae et Gentianae, ambarum partibus sex.

Sit fusco-nigrum; spissum; odoris aromatici; saporis calidi amari subausteri. Centum partes eius unam Opii tenent.

ELECTUARIUM SENNAE, loco lenitivi O.

℞ Foliorum Cassiae lanceolatae, recenter et subtiliter pulveratorum, et pulveris Tartratis Potassae aciduli, utriusque partem unam. Mixta re-

dige cum octo partibus Pulpae Tamarindorum et quatuor Syrupi Sacchari in electuariam.

Sit fuscum, spissum; odoris subacidi, Sennae odorem mitigantis; saporis parisi, nauseosum Sennae moderantis.

EMPLASTRA.

Cerea in ahenis cupreis, stanno obductis, plumbea in vasis pure cupreis para.

Ceram, Seba, Resinas comminuae, antequam vasis hisce ingeris.

Dum ingredientia igne sibi colliquas, agitaculis ligneis versa, donec probe mixta sint, et miscella refrixerit.

Corpora, quorum efficacia a partibus volatilibus, vel igne destruendis dependet, solum miscellae, quidquam refrigeratae, adde.

Durante coctione, plumbeis continuo, ast paulatim, quidquam Aquae calidae, ad ustionem praecavendam, instilla, nunquam vero nimiam injice.

Plumbea, mediante Aqua, cerea autem Olei ope in magdaleones aut tabulas forma.

Utraque, papyro cerata aut involuta aut tecta, serva. Quae partes volatiles tenent, sic involuta, in scriniis aut vasis terreis vitreatis probe contra aërem munias.

In genere, et praecipue plumbea, quae tandem nimis rigescunt, non ultra annum prostant.

EMPLASTRUM AROMATICUM, loco stomachici O.

℞. Cerae flavae, Sebi ovilli, utriusque partes triginta duas. Colliquatis et semirefrigeratis sensimingere pulverem, exacte mixtum ex Olibani par-

tibus sedecim, et Caryophyllorum aromaticorum partibus octo, sub finem refrigerationis addendo partem unam Olei Menthae piperitae.

Sit brunneum, ductile; telae bene adhaerens; odoris aromatici insignis.

EMPLASTRUM ASAE FOETIDAE ET AMMONIACI, loco resolventis.

℞ Resinae Pini partem unam, Cerae flavae concisae partes octo, Olei Olivarum duas. Colliquatis et parum refrigeratis per cribrum admisce Asae foetidae et Ammoniacy, pulveratorum, utriusque partes quatuor.

Sit luteum; durius, frigidum fragile, calore emollitum, telae probe inhaerens; Asam foetidam valde redolens.

EMPLASTRUM CANTHARIDUM CEREUM. Emplastrum vesicatorium ordinarium O.

℞ Cerae flavae concisae partes quatuor, quas liqua cum Olei Olivarum parte una. Quidquam refrigeratis, adde Terebinthinae partem unam, et sensim admisce pulveris Cantharidum, recenter et ruditer contusarum, partes duas. Nunquam longe prostet.

Sit molliusculum, copiam Cantharidum memoratam, aequabiliter sibi mixtarum, teneat et redoleat.

EMPLASTRUM CANTHARIDUM RESINOSUM.

Emplastrum vesicatorium perpetuum vel Janini O.

℞ Terebinthinae, Pulveris Mastiches, utriusque partes sex, leni igne colliquatis, sensim admisce pulveris Cantharidum, recenter et ruditer contusarum, partes duas et Resinae cereae Euphorbii partem unam.

Sit fuscum; calore 14° adhuc rigens; fragile, fractura splendida, maculis griseis et micis Cantharidum aequabiliter variegata; ultimas sat redolens.

EMPLASTRUM SUBCARBONATIS PLUMBI. Em-
plastrum Cerussae vel album coctum O.

℞ Olei Olivarum partem unam. Ad ebullitionem fere calefacto et ab igne remoto sensim adde Subcarbonatis Plumbi, subtiliter pulverati, partes duas. Pulti sub continua agitatione Aquam calidam insperge, donec inde nullas amplius bullas jactet. Igni reimpositam, Aqua rite addita, coque, donec portiuncula, exorta et frigidae immersa, debitam consistentiam monstret.

Est candidum; valde tenax; odoris proprii, e plumbeo et oleaceo mixti.

EMPLASTRUM CONII MACULATI. Emplastrum
Cicutae O.

℞ Olei Olivarum, Resinae Pini fusae, ambarum partem unam, et Cerae flavae partes duas. Leni igne colliquatis et semirefrigeratis, sensim admisce foliorum Conii maculati, siccatorum et nuperrime pulveratorum, partes duas.

Sit griseo-viride; molliusculum; odoris murini proprii.

EMPLASTRUM HYDRARGYRI. Emplastrum
mercuriale O.

℞ Sebi ovilli partes duas cum dimidia et Cerae flavae partes quinque cum dimidia. Colliquata et semirefrigerata,ingere vasi terreo vitreato, in quo prius Hydrargyri partes tres una parte Terebinthinae perfecte extinxis, miscellam ad perfectam refrigerationem usque assidue versando.

Sit obscure coeruleo-cinereascens; ponderosum; ductile; telae probe adhaerens; oculo armato nullos globulos metallicos monstrans. Partes quatuor ejus unam Hydrargyri tenent. Liquatum tantum hujus exhibeat.

EMPLASTRUM ICHTHYOCOLLAE TELAE IN-
DUCTUM. Emplastrum adhaesivum Wood-
stockii O.

℞ Resinae Benzoes, Sacchari, utriusque par-
tem unam, et Ichthyocollae partes sex. Comminu-
ta,ingere vasi vitreo, in quo calore 30° usque 40°,
saepius commota, solvantur in partibus septuagin-
ta duabus Alcoholis diluti. Solutionem calentem
cola per linteum, densius textum, et illa telam
sericam, super regulam metricis aequaliter expan-
sam, obduc, quod, tela siccata, repete, donec
haec solutione sat imbuta sit.

Sit rigida; madefacta cuti tenaciter adhaerens.

EMPLASTRUM OXIDULI PLUMBI SEMIVIT-
REI. Emplastrum Lithargyri vel Diachylon
simplex O.

℞ Olei Olivarum partes novem, quocum
modo, pro confectione Emplastri Subcarbonatis
Plumbi praescripto, additis partibus quinque Oxi-
duli Plumbi semivitrei, forma emplastrum.

Sit luteo-albens; non unguinosum; frigidum fragile;
telae valde agglutinandum.

EMPLASTRUM OXIDULI PLUMBI SEMIVIT-
REI ADUSTUM. Emplastrum Matris seu
fuscum O.

℞ Emplastri Oxiduli Plumbi semivitrei partes
quatuordecim, coque, semper agitatum, donec co-
lorem Succolatae induat. Dein admisce Resinae
Pini empyreumaticae solidae partem dimidiam et
Sebi partem unam. Liquando mixta et semirefri-
gerata, effunde in capsulas papyraceas.

Sit fuscum, solidum, tenax; Resinam dictam empy-
reumaticam et Diachylon olens.

EMPLASTRUM OXIDULI PLUMBI SEMIVITREI GUMMOSUM. Emplastrum Diachylon seu Lithargyri cum Gummatibus, vel compositum \emptyset .

\times Emplastri Oxiduli Plumbi semivitrei partes duodecim, Cerae flavae partem unam cum dimidia. Colliquatis adde Terebinthinae partem unam, et semirefrigeratis pulveris Ammoniaci et Galbani, utriusque tantum.

Esto flavo-brunneum; ductile; linteis intime adhaerens. Gummi-resinas, probe sibi immixtas, resat redoleat.

EMPLASTRUM PICIS SOLIDAE, loco Emplastri adhaesivi Edinburgensis.

\times Adipis suilli partes duodecim. Bullienti immisce Oxiduli Plumbi semivitrei alcoholisati partes octo. Aqua irroratam miscellam ad emplastri spissitudinem redige, adde Resinae Pini partes sex, ac Picis empyreumaticae solidae partes tres, et leni calore in massam aequabilem colliqua.

Sit fuscum; durum, rumpendum in fragmina conchoidea. Manu emollitum, linteis tenacissime sese agglutinet.

EMPLASTRUM SAPONATUM.

\times Cerae flavae et Resinae Pini, utriusque partes quatuor. Liquefactis admisce pulveris Saponis oleosi venalis partes quatuor, et semirefrigeratis Camphorae, in pari pondere Olei Olivarum solutae, partem nonagesimam.

Sit luteum; linteo-sat adhaerens; Camphorae odore imbutum.

EXTRACTA.

Plantarum recentium partes succulentas, de quibus extracta paranda sunt; exprime, ad quem fi-

nem illas in mortario lapideo vel ligneo contunde et submitte prelo ligneo. Placentae residuae affunde dimidiam partem Aquae ferventis, quo facto per dimidium horae calore 30° usque 40° digestis, brodium obtentum succo expresso commisce, quin hunc aut illud defoeces.

Siccas vegetabilium partes, e quibus extracta paranda sunt; rite comminutas, in Aqua sola aut Alcohole mixta pro sua indole macera, vel digere, vel coque. Pro maceratione ac digestionem vasis vitreis, si autem copia corporum extrahendorum vetat, terreis vitreatis; pro coctione vero cupreis vasis, stanno obductis, utere.

Hisce processibus finitis, brodium a residuo colando separa; sed hoc, sacculis linteis inclusum, prelo cupreo, stanno obducto, exprime. Placentas expressas eodem modo, affusa dimidia parte menstrui pro prima extractione adhibiti, tracta.

Brodia, de placentis expressis sic obtenta, succis, primum expressis, commixta, quieti in vasis terreis vitreatis, ut sedimentum de illis secedat, committe. Haec vero sedimenti separatio decantando aut colando locum non habet, si hoc solum refrigerationi Succorum et Decoctorum vel Infusorum v. g. Corticis Chinae debetur, et sedimentum calore resolvi potest.

Succorum expressorum, ut brodiorum, evaporationem duabus periodis in vasis planis absolve.

Utraque prima calore fortiore, attamen 80° non excedente, in ahenis stanneis ad consistentiam mellaginum inspissa. Ulteriorem evaporationem, quae secundam periodum constituit, calore 40° usque 50° absolve. Durante utraque succos et brodia diligenter, et quidem sub ultima assidue spatulis ligneis versa.

Consistentia extractorum secundum quatuor gradus variat.

Minimus in spissitudine Mellaginum, Mellis recentis spissioris similis, versatur.

Secundus tantus est, ut non amplius tenuia in guttas fluant; sed pro sua indole aut in fila duci, aut grumulosa vel pultacea spathula excipi queant.

Tertii gradus extracta sunt, quae massae pilularis consistentiam gerunt, et quarti, quae in pulverem redigi possunt.

Extracta, quae ad tertium et quartum gradum reducere oportet, sub secunda evaporationis periodo super vasa porcellanea plana crassitie, unam alteramve lineam non excedente, repande.

Confectionem omnium extractorum temporis spatio, quo brodia nondum corrumpi possint, ergo duobus aut ad plurimum tribus diebus absolve.

Extracta in ollis terreis vitreatis aut faventinis, quibus solum refrigerata ingerere licet, tecturis chartaceis, non ceratis, munitis, serva loco sicco et frigido. Solum, ad quartum consistentiae gradum redacta,ingere vitris, suberibus obturandis.

NB. Omnes solutiones Extractorum singulorum, hic descriptae, constant ex una parte extracti et octo Aquae destillatae.

EXTRACTUM ABSINTHII.

Para ex una parte foliorum et summitatum siccatorum, prima vice cum decem partibus Aquae decoquendorum, consistentiae secundi gradus.

Sit lucide brunneum; flaviuscule depingens; odoris et saporis, inprimis ultimi, intensi Absinthii. Solutio sit brunneo-virens; turbida; paucos floccos demittens.

EXTRACTUM ACONITI.

Para, exprimendo e foliis recentibus specierum Aconiti, secundum p. 39 adhibendarum, succum, et digerendo placentam residuam per dimidiam horam in Aquae, fervide, affusae, parte dimidia, evaporatione succi et brodii quiete defoecati. Redige ad quartum consistentiae gradum.

Sit e brunneo-virens; tali colore lucide depingens; odoris proprii acris; saporis nauseosi amari salsi; masticatum stridens. Solutio brunnea, ad margines vasis virens, deponat mox sedimentum copiosum, floccoso-pulverulentum; viridi-griseum; odore et sapore reliquo extracto respondens.

EXTRACTUM ALOES AQUOSUM.

Para e pulveris Aloes lucidae parte una, per triduum in Aquae communis partibus quatuor calore 30° usque 40° digestae; solutione decantata et quiete declarata. Inspissa ad quartum consistentiae gradum.

Esto brunneo-fuscum; fracturae conchoideae splendidae, marginibus pellucetibus; madefactum colore flavo-virente depingens. Odoris sit, uti saporis, Aloes insignis. Solutio quidquam turbida lucide brunnescat.

*** EXTRACTUM ANGELICAE.**

Para e radicum siccatarum partibus quatuor, Alcoholis diluti octo et Aquae communis octodecim, calore 30° usque 40° per biduum digestis. De brodio colato et quiete declarato, destilla Alcohol et tum illud inspissa ad secundum consistentiae gradum.

E flavo brunnescat, splendore piceo; flave depingat; odoris sit aromatici intensi; saporis acris subaromatici. Solutio amarescens turbide brunnescat.

EXTRACTUM ARNICAE.

Para e florum siccatorum parte una, Alcho-

lis diluti partibus duabus et Aquae quatuor, per viginti quatuor horas calore 30° usque 40° digestis, inspissando brodium colatum et quiete declaratum ad secundum gradum crassistici.

Sit fuscum; flave depingens; odoris insignis ingrati; saporis acris, fauces vellicantis, nauseosi. Solutio lucide brunnea turbulenta sedimentum copiosum floccosum demittat.

EXTRACTUM BELLADONNAE.

Para, ut Aconiti, e radicibus recentibus, et redige ad parem consistentiam.

Sit obscure et sordide brunneum; e brunneo flave depingens; odore ingratum narcoticum; sapore nauseosum subacre. Solutio brunneo-flavens, turbida emittat praecipitatum floccosum subbrunneum saporis ingrati.

EXTRACTUM CARDUI BENEDICTI.

Para, ut Absinthii, e foliis et inspissa ad gradum secundum consistentiae.

Sit brunneum; arenulosum, inde quidquam ad tertium spissitudinis gradum accedens; odoris subacris; saporis sat acris amari. Solutio sit brunneo-cinerascens; turbida; relinquens sedimentum pulverulentum albo-flavum.

EXTRACTUM CASCARILLAE.

Para ex una parte corticis, in duodecim partibus Aquae, per totidem horas calore 30° usque 40° digesta, dein per horam cocta, inspissando illud ad secundum consistentiae gradum.

Esto fusco-brunneum; splendoris fuliginosi; odoris insignis singularis subaromatici; saporis primum acris aromatici, dein amari. Solutio e rubro brunnescat et turbida sit.

N. Si simul Aquam Cascarillae destillare volueris, duplum Aquae adhibe.

EXTRACTUM CENTAURII.

Para, ut Absinthii, ex herba nondum florida siccata, et inspissa ad gradum secundum.

Viridi nigrescat, depingat colore flaviusculo-brunneo, et odore Pulpam Ebuli aemuletur. Sit salso-amarum; solutionis brunneo-olivaceae turbidae.

EXTRACTUM CHAMOMILLAE.

Para consistentiae secundi gradus e floribus siccatis Chamomillae vulgaris, qua occasione poteris destillare Aquam ejusdem, affundendo novem partes Aquae et destillando quatuor.

Sit brunneo-fuscum; colore flavo-brunneo depingens; odoris florum; saporis subaromatici amari. Solutio turbida brunnescat.

EXTRACTUM CHEDLIDONII.

Para, sicut Aconiti, ex herba subflorida recenti, inspissando ad gradum tertium.

Obscure brunnescat, quidquam viridescens. Depingat colore brunneo-luteo, odoris et saporis sit acris. Solutio flavo-virens turbulenta deponat quidquam sedimenti floccosi.

EXTRACTUM CHINAE FUSCAE.

℞ Corticis Chinae fusci partem unam, additis quatuor partibus Alcoholis diluti et Aquae communis partibus sex, digere calore 30° usque 40°, saepius agitatum, per biduum. Brodium calens decanta, residuo simul expresso, quod cum quinque partibus Aquae per horae quadrantem coque. Decoctum calide, bene exprimendo colatum, brodio admisce, ac, calida vesicae ingesta, Alcohole destillato, inspissa ad secundum consistentiae gradum.

In tota massa sit lucide piceum; in stratis tenuioribus brunneo-rubellum, pulpae Cerasorum acidorum instar; colore in flavum vergente pari depingat; picis modo splendeat; corticem valde redoleat, et sapiat, primum acescens, tandem stypticum. Solutio turbida mox sedimentum floccosum emittat, et dein pelluceat; odoris sit aciduli et saporis relative minus acidi, ast Chartam Laccae Musci rubre tingat.

EXTRACTUM COLOMBAE.

℞ Radicis Colombae partem unam, Alcoholis diluti partes sex. Per biduum calore 30° usque 40° digesta, exprime, et residuum denuo cum duabus partibus Alcoholis diluti pari modo tracta, colato Alcoholae destillato, brodium ad quartum spissitudinis gradum evapora.

Sit extus fuscum, intus fuliginose splendens et brunneum; manu emollitum, elastice in fila tenuia ductile; odoris proprii animalis, quasi Fellis inspissati; saporis amarissimi acriusculi nauseosi. Solutio opaca deponat multum sedimenti floccosi.

EXTRACTUM CONII MACULATI, seu Cicutae O.

℞ Foliorum recentium ejus, quantum vis; succo expresso, coque residuum cum quatuor partibus Aquae per horae quadrantem. Decoctum redige ad tertium et partim ad quartum consistentiae gradum.

Sit compagis subcrystallinae; recens obscure virens, longius asservatum e flavo viride; colore recens viridi-brunneo depingens. Odoris sit murini; saporis ingrati acriusculo-amari. Solutio turbida e flavo virescat, sedimentum floccosum copiosum edens.

EXTRACTUM CORTICIS NUCUM JUGLANDIUM IMMATURARUM.

Para ex corticis hujus recentis, in mortario lapideo contusi, partibus tribus, addendo partem unam Aquae frigidae et evaporando succum expressum ad secundum consistentiae gradum, quin vasa metallica adhibeas.

Sit brunneo-nigrum; splendoris picei; tenax; saporis amaricantis subausteri. Solutio turbida brunnescat.

EXTRACTUM DULCAMARAE.

Para e caulium et ramulorum ejus, octo partibus Aquae communis fervidae infusorum, parte una,

per viginti quatuor horas calore 30° usque 40° digesta, brodio ad secundum spissitudinis gradum evaporato.

Sit obscure brunneum; splendoris picei; tenax; colore flavo-virente depingens; odoris non ingrati, quasi pyrorum torrefactorum; saporis dulciusculi, acris et amaro mixti. Solutio turbida lutescat, deponens sedimentum albido-flavum, floccoso-pulverulentum.

EXTRACTUM ENULAE.

Para e radicum Enulae siccatarum partibus duabus, in tribus Alcoholis diluti et novem Aquae communis, calore 50° usque 40° digestis, et inspissa, destillato Alcohole, ad secundum consistentiae gradum.

Sit obscure brunneum; consistentiae aequabilis; odoris aromatici; saporis subaromatici viscerati dulciusculi. Solutio turbida lucide brunnescat.

EXTRACTUM FUMARIAE.

Para ex herbae floridae recentis parte una, cum sex partibus Aquae per horae quadrantem cocta, et redige ad tertium consistentiae gradum.

Esto brunneo-viride; vix odorum; saporis acris, quidquam salsi, parum amari. Solutio flavo-virens, turbida aliquid sedimenti albescentis pulverulenti edat.

EXTRACTUM GENTIANAE.

Para e radicibus Gentianae luteae aut et purpureae siccatis, uti Extractum Absinthii.

Sit lucide brunneum; flave depingens; tenax; odore dulciusculum; amarissimum. Solutio brunnea vix sedimentum emittat.

EXTRACTUM GRAMINIS LIQUIDUM. Mellago

Graminis O.

R Radicum Graminis, siccatarum, a fibrillis et luto inhaerente probe depuratarum, partem unam.

Per viginti quatuor horas in quatuor partibus Aquae maceratas, additis denuo quatuor Aquae partibus, coque per bihorium. Decocto colato, residuum secunda vice in quatuor partibus Aquae per horam coque, decoctum cola, et mixta decocta evapora ad primum spissitudinis gradum.

Sit fulvo-brunneum; odore quasi Decoctum Prunorum aquosum aemulans; saporis dulciusculi, vix amaricantis, quidquam pungentis. Solutio parum turbulenta brunnescat.

EXTRACTUM GRAMINIS SOLIDUM.

Para, evaporando partem decoctorum mixtorum aut extracti liquidi ad tertium gradum spissitudinis.

EXTRACTUM GRATIOLAE.

Para, sicut Extractum Angelicae, e foliis et radicibus, siccatis, et quidem secundi consistentiae gradus.

E brunneo nigrescat, splendore piceo. Odoris sit ingrati, Decoctum radices Jalappae aquosum aemulans; saporis amari acris nauseosi. Solutio opaca vix praecipitatum demittat.

EXTRACTUM HELLEBORI NIGRI.

Para, sicut Angelicae, e fibris radicum, ad secundum consistentiae gradum reductum.

E nigro brunnescat, splendore piceo; colore lucide flavo depingat; sit viscidum; odoris dulciusculi primum, dein acris inamoeni; saporis amarissimi acris nauseosi. Solutio turbida lucide brunnea vix sedimentum edat.

EXTRACTUM HYOSCYAMI.

Para e foliis recentibus, sicut Aconiti, ad quartum crassitiei gradum inspissatum.

Sit brunneo-virens; grumulosum; odoris gravis narcotici; saporis dulciusculo-acris. Solutio, magis viridescens, copiosos floccos coloris parvis edat.

* **EXTRACTUM IPECACUANHAE.** Emetina O.

R: Pulveris radice Ipecacuanhae griseae, recenter contusae, partem unam. Vasi vitreo ingestam, digere in Alcoholis partibus sex calore 30° per biduum. Alcohole decantato, residuum pari modo digere in Alcoholis partibus quatuor; dein secundam portionem Alcoholis, exprimendo colatam, priori admisce. Mixta, quiete declarata ac filtrata, destilla ex retorta, donec sex partes Alcoholis, insimul adhibiti, transierint. Residuum in vase porcellaneo plano calore 60° usque 70°, saepius spathula porcellanea versando, evapora. Massam exsiccatam pulvera, ac pulverem in octo partibus Aquae frigidae solve. Filtra solutionem, edulcorando pauca Aqua destillata residuum, super filtro remanens. Liquores commixtos methodo memorata evapora ad siccitatem, et statim extractum siccumingere vitris, epistomiis suberinis probe claudendis.

Referat granulosa rufa-brunneos; pellucentes; aspectus resinoso-vitrei; friabiles in pulverem lucide brunneum; fracturae vitreae; saporis e dulci amari, non nauseosi; aëris influxu humescentes; facile in Aqua et Alcohole solubiles; in Aetheribus insolubiles. Solutio aquosa ab Alcohole Gallarum, sordide lactescens decomponitur, demittendo sedimentum floccosum copiosum; instillato Sulphate Oxiduli Ferri colore e viridi nigro obfuscatur; sed nec ab Infuso Ichthyocollae, nec a Tartrate Stibii et Potassae turbetur.

EXTRACTUM JUNIPERI. Roob Juniperi O.

Para e galbulis Juniperi maturis recentibus, Aquae fervidae partibus quatuor infusis, ac per viginti quatuor horas digestis, et quidem secundum spissitudinis gradus.

Sit brunneo-fuscum; in fila ductile; odoris et saporis juniperini intensi. Solutio, rutilo-brunnescens, parum turbida sit.

EXTRACTUM LIQUIRITIAE DEPURATUM.

Succus Liquiritiae depuratus O.

Macera partem unam Extracti venalis, minutim concisi, in duodecim partibus Aquae per viginti quatuor horas. Solutionem, quin exprimas, cola, evapora ad tertium consistentiae gradum, et magdaleones, inde formatos, exsicca calore 30° usque 40° ad quartum consistentiae gradum.

Sit fusco-nigrum; durum, rumpendum fractura conchoidea plana; odoris dulciuseculi; saporis dulcissimi, sub finem acrescentis, non empyreumatici. Solutio vix sedimentum relinquat.

EXTRACTUM MILLEFOLII.

Para e foliorum et summitatum ejus floridarum siccatorum, parte una, in duodecim partibus Aquae per dimidiam horam cocta, et quidem secundi spissitudinis gradus.

Sit brunneo-fuscum; tenax; odore vix Millefolium recens aemulans; saporis ex acri amari. Solutio brunnea subturbida vix praecipitatum edat.

EXTRACTUM MYRRHAE.

Para e pulveris Myrrhae parte una, in quatuor partibus Aquae calore 30° usque 40° per biduum digesti, inspissando solutionem aquosam colatam ad quartum consistentiae gradum.

Esto coloris e brunneo in aureum vergentis; ad angulos pellucens; odoris et saporis myrrhini insignis, ultimi simul valde amari subausteri. Solutio, griseo-lactescens, paucum sedimentum floccosum demittat.

EXTRACTUM OPII AQUOSUM.

¶ Opii crudi partem unam. Grossius conciso, affunde Aquae frigidae partes quatuor. Miscellam per viginti quatuor horas, saepius agitando, calore 20° usque 30° digestam, exprimendo cola. Residuum pari modo in parte una Aquae digere

et brodium dein, fortiter prelo exprimendo, cola. Liquores commixtos, sedimento brevi quieti de-
posito, filtra, et ad quartum, consistentiae gra-
dum inspissa.

Sit fuscum; splendens; colore flavo-brunneo depin-
gens. Odore et praecipue sapore Opium referat. So-
lutio brunnea turbida parum sedimenti floccosi re-
linquat.

EXTRACTUM POMORUM FERRARIUM. Ex-
tractum Martis cum succo Pomorum seu
pomatum O.

℞ Ferri puri limati partem unam, Succi Pomorum
acidulorum, recenter expressi ac colati, partes dup-
decim. Assidue agitata, digere per viginti quatuor
horas calore 30° usque 40°; dein in aheno ferreo
miscellae dimidium coquendo consume. Liquo-
rem colatum evapora ad secundum spissitudinis
gradum.

Sit nigrum; sat splendens; odore atramentum aemu-
lans; saporis dulciusculo-austeri metallici. Solu-
tio viridiusculo-nigra opaca fere nil demittat.

**EXTRACTUM POMORUM FERRARIUM LIQUI-
DUM.** Tinctura Martis pomata O.

℞ Extracti Pomorum ferrarii partem unam,
solve, mortario vitreo ingestum, in Aquae Cinnamo-
mi et Alcoholis diluti, utriusque partibus tribus,
et post viginti quatuor horas solutionem, resi-
duo simul filtrato, decantatam, serva, ut Alcho-
lica.

Solutio sit nigriuscula, pellucens; odoris et saporis
intensi; Aqua ulterius diluta, nil sedimenti de-
ponens.

EXTRACTUM QUASSIAE.

℞ Ligni Quassiae, simul cum cortice, si prostat,
rasi, partem unam, macera in quinque partibus

Aquæ per biduum, et, infuso, exprimendo colato, residuum coque per horam in quindecim partibus Aquæ, cola, et exprime. Decoctum infuso admisce, et mixta, sedimento deposito, decantata, evapora ad secundum consistentiæ gradum.

Sit obscure brunneum; grumulosum, tandem subcrystallinum. Odorem exhibeat proprium ingratum; saporem amarissimum subsalsum gravem. Solutio turbida paucum sedimentum demittat.

EXTRACTUM RHEI.

℞ Radicis Rhei, ruditer concisæ, partem unam. Macera in Aquæ frigidæ partibus quinque per viginti quatuor horas, et infusum, leviter exprimendo, cola. Residuo pariter in quinque partibus Aquæ macerato, infusa misce, et, sedimento deposito, ad tertium crassitie gradum evapora.

Sit brunneo-fuscum; laete flavè depingens; splendoris insignis; tenax; consistentiæ æquabilis; odoris et saporis rhabarbarini insignis. Solutio rubro-brunnea, parum turbida, paucum sedimentum deponat.

EXTRACTUM SALICIS.

Para e cortice Salicis albae aut fragilis, uti Extractum Cascarillæ, consistentiæ secundi gradus.

Sit brunneo-fuscum; colore flavo-brunneo depingens; tenax, in fila ductile; odoris aciduli; saporis primum amari, deinde styptici. Solutio esto brunnea floccoso-turbida.

EXTRACTUM SCILLÆ.

℞ Bulborum Scillæ partem unam. Contusos macera in quatuor partibus Aquæ per viginti quatuor horas, et liquorem, per linteum rarioris texturæ expressum, evapora ad tertium consistentiæ gradum.

Sit nigro-rufum; colore brunneo-rubro depingens; splendens; tenax; miscellæ æquabilis; odoris dul-

ciusculo-acris. Solutio e brunneo-rubens sub-
bida, addito Muriate Oxidi Ferri, vix fuscior de-
veniat.

EXTRACTUM SEMINUM NUCIS VOMICAE.

Extractum Nucis vomicae O.

ꝛ Horum seminum rasorum partem unam,
coque cum octo partibus Aquae per horam, et li-
quorem, valde exprimendo, cola; residuum co-
que denuo cum Aquae partibus octo per tres ho-
ras, Aquam deperditam semper renovando. De-
coctum secundum, pari modo exprimendo cola-
tum, priori admisce. Mixta, et, sedimento deposito,
decantata, inspissa ad quartum consistentiae gra-
dum.

Sit e flavo obscure brunneum; colore flavescente
lacteο depingens; odoris quidem debilis, ast in-
grati; saporis amarissimi nauseosi. Solutio turbi-
da, floccis referta, lactescat, et odoris sit ex acri
narcotici.

EXTRACTUM TARAXACI LIQUIDUM. Mellago.

Taraxi O.

Para e radice et herba, nondum florida, recen-
tibus, uti extractum Fumariae, inspissando ad
primum consistentiae gradum.

Sit lucide brunneum, e flavo-brunneo colore de-
pingens; odoris dulciusculi; saporis e dulci amari.
Solutio sit coloris sat lucidi, clara.

EXTRACTUM TARAXACI SOLIDUM.

Para inspissando brodium aut extractum li-
quidum ad tertium gradum crassitiei.

Sit priori ceterum simile.

EXTRACTUM TORMENTILLAE.

Macera partem unam radicum hujus siccata-
rum in octo partibus Aquae per viginti quatuor
horas, et infuso exprimendo colato, denuo in

quatuor partibus Aquae. Infusa mixta evapora ad tertium consistentiae gradum.

Sit rubro-brunneum; colore rufescente depingens; saporis adstringentis, primum non intensi; sed perstantis, haud ingrati, tandem os sicciscentis. Solutio rubro-brunnea, opaca esto odoris proprii.

EXTRACTUM VALERIANAE.

℞ Radicum Valerianae siccatarum et ruditer pulveratarum partem unam. Macera in sex partibus Aquae per viginti quatuor horas. Infusum, expressione residui sufficiente colatum, post duas horas, quiete declaratum, decanta, et inspissa ad secundum consistentiae gradum.

Sit fusco-brunneum, splendens; consistentiae aequalis; odoris acris, ab illo Valerianae recedentis; saporis dulciusculi aromatici, Valerianae minus alieni. Solutio opaca obscure brunnescat; odoris sit inamoeni, vix acris; sapore plus extracto Valerianam aemuletur, et vix sedimentum deponat.

FEL TAURI INSPISSATUM.

℞ Fellis Tauri recentis, quantum vis, evapora in vase stanneo, calore 80° non attingente, ad tertium gradum spissitudinis Extractorum. Serva, uti haec.

Sit e viridi flavescens, tenax; odoris proprii animalis, ab illo Fellis recentis recedentis; saporis primum dulciusculi, dein amari nauseosi.

FERRUM PURUM LIMATUM. Limatura Martis O.

Lima ferrum purum, praecipue malleatum, et moxingere vitris siccis, exacte obtundendis.

HYDRARGYRUM PURUM. Mercurius destillatus O.

Si venale non bonae notae esset, sequenti modo depura:

ad
ens;
sed
So-
ii.
iter
arti-
um,
huas
a ad
qua-
ntis;
inus
doris
Va-
at.
eva-
ente,
rum.
uma-
pri-
is O.
tum,
tilla-
aenti

℞ Copiam ejus vix duas libras excedentem, et imple eo retortam vitream loricatam ad duas tertias partes sui voluminis. Rostrum retortae ex cupulo vitreo, ad medietatem Aquae communi impleto, ita immerge, ut Aquae superficiem attingat. Tum retortam libero igni, sensim, donec Hydrargyrum destillare incipiat, augendo, expone, et Aqua decantata, destillatum chartis emporeticis desicca.

HYDRAS CALCARIAE. Calx extincta O.

Affunde parti uni Calcariae purae, vasi terreo vitreato ingestae, sensim Aquae communis partem dimidiam. Hydratem refrigeratum statim immitte vitris, probe claudendis.

Aqua affusa, non effervescat, nec calefiat; ceterum Calcaria, Aquae nupta, se puram monstrat.

HYDRAS POTASSAE PURAE FUSUS. Lapis causticus O.

℞ Potassae purae liquidae quantitatem libitam. Bulliando evapora in ahenō ferreo, probe mundato, ad siccitatem usque. Tum in eodem vase liqua, donec olei adinstar fluat, et, in modulos effusum, statimingere lagenis vitreis, paribus epistomiis exacte claudendis, ac loco sicco, ut veneficum, serva.

Sit albidus aut parum cinerascens; solidus, siccus; fracturae terreae; inodorus; valde causticus. Aëris humidi influxu mox et totus liquatur ac mitescit. In Alcohole integre solvatur, vix remanente vestigio Oxidi Ferri aut Subcarbonatis Potassae.

HYDROSULPHURETUM OXIDULI STIBII. Kermes minerale O.

℞ Sulphuris sublimati partem unam, Sulphureti Stibii pulverati partes quatuor, et Subcarbonatis Potassae, bene siccati ac pulverati, partes

sex. Intime sibi mixtaingere crucibulo terreo, illis usque ad tres quartas partes sui voluminis implendo atque obtegendo, et liqua igne, sensim adaucto, in pulvem aequabilem, spathula ferrea saepius versandam. Miscellam liquatam effunde in mortarium ferreum, in quo refrigeratam pulvera. Pulverem, vasi ferreo ingestum, coque leniter in triginta sex partibus Aquae fervidae relate ad pondus hujus pulveris, donec dimidium Aquae evaporatum sit. Lixivium adhuc fervidissimum ultra per chartas, super linteo expansas, in vas terream vitreatum, aut prostante majori ejus copia in ligneum, prius ducentis partibus Aquae communis, antea coctae, filtratae et adhuc dum calentis, impletum. Residuum, filtro incumbens, denuo duabus partibus Aquae edulcora. Lixivium per quadraginta octo horas loco frigido sepone, et saepius spathula lignea agita; tum decanta, et hydrosulphuretum Oxiduli Stibii Aqua, prius decocta et filtrata, iteratim penitus edulcora. Postea hoc super linteum expansum, maxima Aquae parte separata, leniter exprime et chartae emporeticae tenuiter impositum, calore, 40° non superante, sicca ac pulvera. Serva in vitris, bene clausis, contra lucem munitum.

Sit castaneum; aspectus velutini; fere inpalpabile; leve; inodorum; saporis debilis subhepatici; in Aqua et Alcohole insolubile. Aëris et Lucis influxu; partim decompositum, pallescit. In tubulo vitreo liquatum, Aquam eructando, in Sulphuretum Stibii abeat. Cum Sulphureto Potassae liquido coctum, solvatur, item in Acido muriatico bulliente et quidem totum, Acido hydrothionico evoluto.

HYDROSULPHURETUM OXIDULI STIBII SULPHURATUM. Sulphur Antimonii auratum O.

℞ Subcarbonatis Potassae partes tres. Ahenoferreum ingestum, solve in Aquae ferventis partibus

triginta. Adjecta parte una cum dimidia Calca-
riae purae pulveratae, coque, saepius miscellam
spathula ferrea versando, per dimidiam horam;
dein cola in vas terreum vitreatum, postea bene
obtegendum, ac residuum probe pauxillo Aquae
fervidae edulcora. Sedimento deposito, lixivium
clarum in ahenum ferreum decanta, in quo ebul-
liat. Tum adde Sulphureti Stibii laevigati et Sul-
phuris sublimati, utriusque partem unam, ac co-
que miscellam, frequentius spathula ferrea agi-
tandam, donec circiter quindecim partes ejus re-
manserint.

Lixivium, adhuc calens, cola in vas terreum
vitreatum vel ligneum, ac quantitate Aquae coc-
tae illi aequali dilue. Dilutum et per viginti qua-
tuor horas quieti commissum, in vasa similia de-
canta, residuo simul filtrato. Postea adde lixivio
relate ad suum pondus sex partes Aquae, et in-
gere paribus vasis, eo non ultra duas tertias par-
tes sui voluminis implendis. Sub continua agita-
tione ope bacilli lignei instilla illi Acidum sulphu-
ricum dilutum, donec hoc de portiuncula liquo-
ris exempta et filtrata nil amplius praecipitet. Hanc
praecipitationem sub die, ne a Gas evoluto dam-
num pati possis, absolve. Sedimentum, liquore
quiete declarato et decantato, iteratim Aqua fer-
vida edulcora, donec haec nec ori, nec, addito
Muriate Barytae liquido, Sulphatis Potassae ultra
vestigium prodat. Sedimentum filtro, ex linteo cras-
siori parato, immitte et relinque usque, dum maxima
pars Aquae inde destillaverit. Adhuc pastaceum
linteo convoluto exprime, et inter chartas empo-
reticas calore 30° usque 40° penitus exsicca. Pul-
verem bene tritum serva in vitris, epistomiis vit-
reis clausis, a luce defensum.

Sit cortice Aurantiorum recenti ruberius, aspectus
holosericeus; vix odoratus; insipidus; in Aqua in-

solubilis. Aëris et lucis influxu partim decomponitur. Aestui tubuli ferruginatorii expositus, flamma coerulea, remanente Oxidulo Stibii vitreo, Sulphure mixto, deflagrat. In Potassa pura liquida coquendo totus solvatur.

INFUSA.

Corpora prae infusione vario modo pro ratione suae cohaesionis comminuas.

Para infusa in vasis terreis vitreatis, aut stanneis, paribus operculis tegendis, aut, inprimis sub infusione corporum, partibus volatilibus praedictorum, claudendis.

Fervida para, infundendo corpora menstruo bollienti, et relinquendo illa digestioni calore 30° usque 40° per tempus praescriptum.

Frigida infusio seu maceratio fiat circiter calore 14°.

Durante infusione pro ratione copiae aut indolis corporum adhibitorum vel haec saepius versa, vel vasa agita.

Finita infusione aut maceratione, corpora, quae colando per linteum transirent, decanta; secus bene exprimendo cola. Infusa, quae pulvere tenui scatent, filtra.

INFUSUM LACCAE IN GRANIS. Tinctura Laccæ O.

℞ Sulphatis Aluminae et Potassae aciduli deparati partem unam, Laccæ in granis, ruditer contusæ, partes quinque. Infunde Aquæ destillatæ fervidæ partibus triginta sex in vase terreo vitreato, et digere calore 30° usque 40°, saepius agitando, per triduum. Infuso colato et refrigerato adde Alcoholis Cochleariæ partes quinque. Serva in vitris, epistomiis vitreis clausis, loco frigido.

Sit saturate rosenm; Cochleariam et Alcohol intense redoleat, et simul austerum, utrumque sapiat.

INFUSUM PICIS EMPYREUMATICAE LIQUIDAE. Aqua Picis O.

Fiat ex tempore, macerando partem unam hujus Picis, vasi terreo vitreato immisam, in Aquae communis partibus sex per viginti quatuor horas. Pice ad fundum deposita, liquorem clarum de anta, ac filtra. Solum per breve tempus poterit servari in vitreis vasis, suberibus claudendis.

Esto pellucidum; colore Vinum album dilutam acmulans; odoris et praecipue saporis insignis.

INFUSUM RHEI AQUOSUM.

Para ex tempore, infundendo radicis Rhei parti uni Aquae destillatae bullientis partes duodecim, digerendo calore 30° usque 40° per horam, et colando ea.

Sit flavo-brunneum, pellucidum; odoris et saporis rhabarbarini intensi. Addito Subcarbonate Potassae, valde e fusco brunnescat.

INFUSUM RHEI CUM SUBCARBONATE POTASSAE. Tinctura Rhei aquosa, Anima

Rhei O. Fiat, addendo undecim partibus Infusi Rhei aquosi partem unam Subcarbonatis Potassae.

Cum Acidis sat, effervescat.

INFUSUM SENNAE CUM MANNA, loco Aquae laxativae O.

Para ex tempore, infundendo partem unam foliorum Cassiae lanceolatae partibus octo Aquae bullientis, solvendo post digestionem, per dimidiam horam protractam, partem unam Mannae electae, et colando infusum.

Sit brunneum, subturbidum; odoris et saporis Sennae et Mannae.

oni-
am-
Sul-
nida

one

tan-
sub
rae-

ruo
30°

ca-

in-
pius

ora,
se-
vere

Lac-

de-

liter
stil-
creo
pius
rato
erva
ido.

MAGNESIA PURA. Magnesia usta vel calcinata O.

Ingere crucibulo terreo Subcarbonatis Magnesia quantitate libitam, et obtectam tanto igni expone, ut vas aequae ac operculum rutilum excandescat, donec portiunculae Magnesiae exemptae, addito Acido sulphurico diluto, nullatenus effervescent. Tum refrigeratum inmitte vitris, bene claudendis.

Sit candidissima; levis, subcarbonica levior et minus palpabilis. Cum Acidis nunquam efferveat. Charta Curcumae Decocto partis unius ejus cum decem partibus Aquae destillatae immersa, non mutetur. In Acido sulphurico diluto, etsi lente, tamen omnis solvatur.

MEL DESPUMATUM.

℞ Mellis crudi partes duas. Ebulliant leniter in vase cupreo, stanno obducto, addita parte una Aquae. Spumam, dum brunnea est, abimendo, coque ad consistentiam Syrupi spissioris. Serva loco frigidiore in vasis probe clausis.

Sit lucide et rubro brunneum; gravitatis specificae circiter 1,300; odoris et saporis genuini, non empyreumatici.

MEL ROSARUM.

℞ Petalorum Rosarum siccatorum et concisorum partem unam. Aquae bullientis partibus octo infusa digere calore 30° usque 40° per trihorium et colaturam, addito duplo pondere Mellis crudi, evapora, ac serva hujus instar.

Sit Melle despumato saturatius tinctum; gravitatis specificae similis; odore et sapore simul sat rosaceum.

MUCILAGINES.

Para ex tempore.

Quas terendo conficere oportet, in mortariis lapideis, quas vero digerendo aut macerando

parare decet, in vasis vitreis perficias. Ultimæ colandæ sunt.

Corpora, quæ ipsa in mucilagines redigenda sunt, prius pulvera, et dein sensim Aquam illis instilles.

Aqua destillata utaris, si substantiis, quas communis decomponere posset, conjunguntur.

Consistentia sint saltem Syrupis æquales, aut secundum singulas præscriptiones hisce spissiores; omnes vero sat spissæ.

MUCILAGO GUMMI ARABICI.

Para e parte una Gummi arabici et duabus Aquæ frigidæ.

Sit subopalescens; inodora; saporis fatui proprii. Addito Sulphate Oxidi Ferri liquido, in gelatinam rubellam spissam abeat.

MUCILAGO GUMMI TRAGACANTHÆ.

Para ex parte una hujus et sexaginta partibus Aquæ frigidæ.

Sit opalescens, subturbida, inodora; saporis fatui proprii.

MUCILAGO SEMINUM CYDONIORUM.

Para ex parte una horum per bihorium, sæpius agitando, in quadraginta partibus Aquæ maceratis.

Sit inodora, fatua. Additis salibus metallicis, sedimentum floccosum deponat. Triturando et digerendo paratum Acidum borussicum e testis recipit.

MURIAS AMMONIÆ DEPURATUS, loco Florum Salis ammoniaci.

R. Muriatis Ammoniaci crudi, ruditer contusi, partem unam, et solve, vasi vitreo aut porcellaneo immissum, in duabus partibus Aquæ communis ballientis, miscellam ad finem solutionis usque

bacillo vitreo agitando. Lixivium, adhuc calens, filtra per chartas emporeticas in vas simile; ac per viginti quatuor horas loco frigido crystallisationi committe. E liquore decantato, iteratim evaporando et refrigerando, crystallos elice, quas in paribus vasis planis calore 20° usque 30° perfecte desicca. Serva in vitris clausis.

Sint aciniformes, bipinnatae, tetragono-prismaticae; aspectus nivei, subpellucidae; ad aërem constantes; saporis acris pungentis salini. Igne penitus avolent. Calore 14° in tribus partibus Aquae et in una ferventis solvantur, solutione a Muriate Barytae vel Muriate Auri liquido, aut a Borussiate Potassae et Oxiduli Ferri non turbanda.

MURIAS AMMONIAE ET CUPRI LIQUIDUS.

R. Sulphatis Cupri partem unam. Vasi vitreo immissum solve in viginti partibus Aquae destillatae. Solutioni instilla Subcarbonatem Potassae liquidum, donec nil sedimenti coeruleo-virentis floccosi ultra eliminat. Hoc, decantata solutione, filtro impone, Aqua destillata frigida iteratim ac penitus edulcora, et inter chartas emporeticas calore 30° usque 40° desicca. Parti uni Hydratis Subcarbonatis Cupri Acidum muriaticum dilutum instilla usque, dum solutus sit. Adde Muriatum Ammoniae depurati partes quatuordecim et tantum Aquae destillatae, ut solutio cum illo Hydrate septuaginta partes efficiat. Serva in vitro, epistomio vitreo clauso.

Sit limpidus, lucide smaragdinus, et vix vestigium Acidi exuberantis prodatur.

Pars una hujus Muriatum, octaginta partibus Aquae destillatae diluta, sistit *Liquorem antimiasmaticum Beisseri*, ex tempore parandum.

MURIAS AMMONIAE ET OXIDI FERRI, loco

R. Florum Salis ammoniaci martialium O.

R. Ferri puri limati partem unam. Ingere cu-

curbitae amplae, arenae calidae impositae, et sensim affunde miscellam ex octo partibus Acidi muriatici et quatuor Acidi nitrici. Solutione Ferri peracta, liquori, vasi porcellaneo immisso et ad siccitatem evaporato, adde solutionem e quindecim partibus Muriatis Ammoniae depurati et quadraginta quinque partibus Aquae fervidae paratam. Solutione peracta, liquorem filtra, et calore 70° usque 80° in vasis porcellaneis planis, sub finem bacillo ligneo agitando, ad siccitatem evapora. Salem siccum in mortario lapideo pulvera, ac in vitris, epistomiis vitreis probe clausis, contra lucem munitum, serva.

Sit pulvis subcrystallinus, saturate aurantiacus; odore debili ad illum Acidi muriatici accedens; saporis ex acri austeri, non aciduli. Aëris attacku humescit. Calore avolans, paucum Oxidum Ferri relinquat et solvatur in tribus partibus Aquae calore 14° et una bullientis, nec, Ammonia pura liquida instillata, eructet vapores Muriatis Ammoniae.

MURIAS BARYTAE. Terra ponderosa salita O.

℞ Sulphatis Barytae subtiliter pulverati et Muriatis Calcariae fusi ac pulverati partes aequales. Mixta crucibulo terreo, dein obtegendo, ingesta, igne sensim aucto, rutila excandescencia liqua, et effunde in mortarium ferreum calefactum. Massam refrigeratam in pulverem redige, quem, vasi terreo vitreato immissum, additis sex partibus Aquae communis bullientis, frequenter bacillo vitreo versando, solve. Lixivium, adhuc calens, filtratum, in vase porcellaneo, arenae imposito, evapora, donec cuticula crystallina tegatur, et tum loco frigido crystallisationi committe. E residuo decantato, iteratim evaporato et refrigerato, reliquum salem crystallisatione elice. Crystallos collectas solve in triplo pondere Aquae destillatae, ac pari modo regenera. Inter chartas emporeticas siccitas, serva in vitris clausis.

Perfectae crystalli formant tabulas rhomboicas, nonnunquam ad angulos truncatas; coactae vero squamas. Sint hyalinae, splendoris subsericei; saporis amariusculi acris; aëris influxu immutabiles; sub excandescencia liquandae; in tribus partibus Aquae calore 14° et binis bullientis solubiles; in Alcohole vero penitus insolubiles. In Aqua destillata solutae, demittant, addito Acido sulphurico, sedimentum copiosum album irresolubile; sed ab Hydrosulphureto Ammoniae ac Borussiate Potassae et Oxiduli Ferri liquido haec solutio non turbetur.

MURIAS CALCARIAE. Calx muriatica O.

℞ Calcariae purae partem unam et residui de praeparatione Subcarbonatis Ammoniae aut Pastae, de confectione Ammoniae purae liquidae remanentis, partes nondecim. Coque in duodecim partibus Aquae communis per horam in vase ferreo, ac cola liquorem per linteum arctioris texturae in vas terream vitreatum. Sedimento deposito, illum decanta in vas ferreum, in quo, spathula pari agitatus, evaporando, siccetur. Tum grumos in crucibulo terreo, igne sensim aucto, penitus liquatos et in mortarium ferreum effusos ac semirefrigeratos, ruditer contunde. Denuo in tribus partibus Aquae fervidae solve, ac, solutione filtrata, in vase ferreo, evaporando, uti supra, inspissa. Exsiccatos, grumos, adhuc calentes,ingere vitris, epistomiis vitreis exacte claudendis.

Sint albi; saporis acris calefacientis inamoeni. Aëris influxu mox diffluant, et, rutilo excandefacti, Cerae instar sine Acidi jactura fluant. Solvantur in minus, quam una parte Aquae et in duabus partibus Alcoholis calore 14°. Solutio aquosa ab Ammonia pura liquida non turbetur; Subcarbonas Ammoniae liquidus vero sedimentum copiosum pulverulentum inde praecipitet.

MURIAS OXIDI HYDRARGYRI AMMONIACA-

LIS. Mercurius praecipitatus albus O.
℞ Muriatis Ammoniae crudi partem unam et

Muriatis Oxidi Hydrargyri corrosivi partes duas. Vasi vitreo ingesta, solve in viginti partibus Aquae destillatae calidae, filtra, et affunde Subcarbonatem Potassae liquidum, donec hic nullum sedimentum album ulterius eliminat. Hoc, lixivio claro decantato, Aqua destillata frigida penitus edulcora. Massam edulcoratam, filtro impositam et sic magis ab Aqua liberatam, inter chartas emporeticas calore 15° usque 20° loco umbroso bene exsicca, et in vitris probe clausis, contra lucem munitam, ut venenum, serva:

Massa sit nivea; friabilis, pulverata vix palpabilis, valde depingens; inodora; primum fere insipida, dein ori parum metallica et caustica. Solvatur vix in fere sexcentis partibus Aquae calore 14°, neque ab Alcobole recipiatur. Candefacta penitus avolet. Ab Acido nitrico ac muriatico tota solvatur. Cum Potassa pura liquida trita flavescat, Ammoniam eructans; ab Ammonia pura liquida non mutetur.

MURIAS OXIDI HYDRARGYRI CORROSIVUS.

Mercurius sublimatus corrosivus, Oximurias Hydrargyri corrosivus O.

℞ Hydrargyri puri partes duodecim. Ingere vasi porcellaneo, in balneo arenae ita collocato, ut aut aëri aperto aut ductu fornacis vapores Acidi sulphurosi et, qui hos sequuntur, Acidi sulphurici tibi innoxie, eliminentur, ingere. Adde Acidi sulphurici concentrati partes viginti, et ignem sensim eo usque auge, donec, Hydrargyro soluto, massa alba crystallina sicca remaneat. Refrigeratae in mortario vitreo terendo intime admisce parem quantitatem Muriatis Sodae, prius bene decrepitati. Miscella cucurbitam, fundo plano et collo longiori instructam, ampliolem non ultra tertiam partem sui ambitus repleas. Hoc vas balneo arenae sic impone, ut arenam non ultra pollicem super miscellae superficiem extus coacerves, et colloca-

ejus, supra memorata, prae vaporibus securus sis. Ignem primo lenem, quo aliquid Acidi muriatici evolvitur, adhibe; dein, cucurbita cono papyraceo leviter clausa, igne parum adaucto, omnem Muriatem Oxidi Hydrargyri corrosivi sublima. Cucurbita penitus refrigerata, hunc, caute massam in fundo residuam abjiciendo, exime, et serva in vitris, epistomiis vitreis bene claudendis, a luce defensum, ut summe veneficum.

Ad evitanda damna nunquam ultra libram ejus una vice para, et cave, ne, vase casu rupto, vaporibus expositus sis.

Raptim sublimatus format massam albam concretam subcrystallinam pellucidam; lentius vero sublimatus acus, parallelepipedam exhibentes, gravitatis specificae 5,200. Aëri expositus perstet, sed minori calore, quam Murias Oxiduli Hydrargyri mitis, sublimetur. Est inodorus; saporis caustici, valde metallici, styptici. Solvatur in sedecim partibus Aquae et tribus Alcoholis calore 14°, duabus Aquae bullientis atque penitus in duplo pondere Aetheris sulphurici. Calcaria pura liquida, solutioni aquosae affusa, sedimentum e flavo rubrum eliminat.

MURIAS OXIDULI HYDRARGYRI MITIS. Mercurius dulcis, Calomel, olim Aquila alba, Panacea mercurialis O.

℞ Muriatis Oxidi Hydrargyri corrosivi partes quatuor. Tere in mortario vitreo, caute tantum Aquae destillatae inspergendo, quantum sufficit, ut pulvis, laboranti periculosus, retineatur. Pulveratum misce cum Hydrargyri puri partibus tribus, donec globuli metallici disparuerint, et exsicca miscellam calore 20° usque 25°. Imple hac cucurbitam vitream oblongam fundi plani solum ad tertiam partem sui voluminis, quam balneo arenae ita, ut arena aliquot pollicum altitudine superficiem massae contentae superet, impone. Miscellam, igne sensim aucto, sublima, tum cu-

curbitam adhuc calentem linteo, Aqua frigida imbuto, involve, ut dissiliat, et tu massam sublimatem eximere, ac ab Hydrargyro puro mundare possis. Mundatam et ruditer in mortario lapideo contusam, denuo, ut prius, sublima, et excipe. Frusta obtenta serva in vitris clausis, prae luce defensa. Antequam hoc praeparatum in usum medicum trahis, partem ejus in quatuor partibus Alcoholis coque, et dein hoc examina, an aliquid Muriatis Oxidi Hydrargyri corrosivi teneat. Si ultimum quidem proderet, aut addito Hydrargyro puro denuo sublilandus, aut, Alcohole adjecto, eousque excoquendus foret, donec ab tenore illo purus compareret. Pro usu pulverandum, super tabula porphyrina cursore pari, aut in mortario vitreo pistillo vitreo alcoholisa, et serva, uti frusta ejus.

Frusta sunt subcrystallina. Crystalli perfectae referant prismata tetragona, planis terminalibus quatuor truncatis; hyalina. In massis ex albo flavescat. Sit trituratae flavescens; gravitatis specificae 7.200; pulveratus fere inpalpabilis, ad aërem constans; calore totus avolans. Lucis influxu obscuriore colore tingatur; vix in mille partibus Aquae bullientis; in Alcohole vero neququam solvatur. Si in sex partibus Alcoholis coquitur, et, decocto filtrato, quadraginta octo partes Aquae destillatae adduntur, instillata Calcaria pura liquida nullum sedimentum flavum, nec affusum Hydrosulphuretum Ammoniacae liquidum praecipitatum nigrum eliminat.

MURIAS OXIDULI STIBII LIQUIDUS. Butyrum Antimonii O.

℞ Oxiduli Stibii vitrei pulverati partes duas et Muriatis Sodae decrepitati partes sex. Mixtaingere retortae tubulatae, quam balneo arenae impone, et cui luto, e gypso usto et farina confecto, excipulum amplum tubulatum adapta. Excipuli orificio conjunge tubulum vitreum curvum, cujus alterum lumen vasculo, pauca Aqua prae-

dito, immerge. Luto siccato, affunde miscellae per tubum retortae Acidi sulphurici concentrati, prius duabus partibus Aquae diluti ac refrigerati, partes quatuor. Tubo hoc, ope epistomii vitrei clauso, ignem primo lenem, versus finem sensim augendum, excipulo saepius refrigerato, applica, donec nullae amplius guttulae destillent. Vasis omnino refrigeratis, liquorem destillatum a paucis sedimento luteo-rufo caute decanta. Serva in vitro, cera impositum epistomium et vitri collum obducendo, ut venenum.

Liquidum sit hyalinum; gravitatis specificae 1,500; summe causticum; aëri expositum, vapores albos eructans. Aqua dilutum, sedimentum album floccosum abunde demittat, quod, addito Hydrosulphureto Ammoniae liquido, floccos subrufos deponat.

MURIAS POTASSAE. Sal digestivus O.

℞ Subcarbonatis Potassae partem unam, quem in vase vitreo solve in partibus sex Aquae communis. Solutionem ejus Acido muriatico concentrato satura et dein filtra. E lixivio, calore 70° usque 80° in vase porcellaneo evaporando, crystallos elice, quas siccatas serva.

Referat tales cubicas hyalinas; ad aërem persistentes; saporis amaro-salsi. Solvantur in tribus partibus Aquae calore 14° et in duabus bullientis. Solutio ejus, addito Acido tartarico liquido, sedimentum crystallinum (Tartratem Potassae acidulum) deponat.

NITRAS ARGENTI CRYSTALLISATUS.

℞ Nitratis Argenti fusi partem unam. Vitro immissum, solve in tribus partibus Aquae destillatae. Solutionem, quiete declaratam, decanta, in vas vitreum planum effunde, et calore 30° usque 40° ad punctum crystallisationis evapora. Tum frigori exposita, lixivium a crystallis decanta, et residuum eodem modo in tales redige. Crystallos

collectas in pari vase calore 30° usque 40° penitus desicca, et serva in vitris clausis, ut venenum.

Crystalli hyalinae; etsi in genere, irregulares, tamen maxime tabulas quatuor aut sex laterum referentes, sint saporis caustici amarissimi metallici; substantias animales primum albo, dein nigro colore tingentes; aëris influxu immutabiles; longiori lucis actione nigrescentes; in partibus duabus Aquae calore 14° et una bullientis solubiles; in Alcohole insolubiles. Calore tubuli ferruminatorii facile fluant, et tum super carbone detonatae, stratum argenteum relinquunt. Solutio, addito Muriate Sodae liquido, sedimentum album floccosum, in Amonia pura liquida resolubile, abunde demittat, clara remanens.

NITRAS ARGENTI FUSUS. Lapis infernalis O.

R Argenti cupellati et concisi partem unam. Vasi vitreo ampliori ingesto, adde Acidi nitrici partes duas, ac, solutione sub finem tardius procedente, vas balneo arenae impone. Claram decanta in vas porcellaneum planum, et, assidue bacillo vitreo agitatum, calore 80° et ultra evapora, donec grumuli remanentes sicci devenerint. Hosce in crucibulo porcellaneo, calore 90° non excedente, liqua et, olei instar fluentes, illico in modulos terreo aut aurichalceos effunde. Bacillos refrigeratos serva in vitris clausis, luci subtractos, uti venenum.

Sint extus obscure grisei; intus albidiores; texturae crystallinae, stellato-radiatae; saporis caustici. Erga substantias animales se habeant ad instar Nitris Argentis crystallisati; aëri expositi non mutantur; a luce tandem nigrescant; fere toti solvantur in duabus partibus Aquae destillatae calore 14°. Sub aestu tubuli ferruminatorii et ceteris rationibus se gerant, ut Nitras Argentis crystallisatus.

(Sub-) **NITRAS BISMUTHI.** Magisterium Bismuthi O.

R Bismuthi puri, ruditer pulverati, partem unam. Ingere paulatim vitro amplo, partibus tri-

bus Acidi nitrici repleto, quod dein balneo arenae impone. Solutionem filtrando vasi vitreo, cui prius partes triginta Aquae destillatae frigidae immiseris; infunde. Praecipitatione finita, miscellam super filtrum effunde, ac praecipitatum, in hoc remanens, Aqua destillata frigida edulcora, donec haec sine vestigio Acidi aut Salis assumpti transeat. Tum calore 30° usque 40° pulverem inter chartas emporeticas loco obscuro sicca, et ad-versus lucem defensum, in vitris, epistomiis vitreis munitis, serra.

Sit candidus; splendens; lamelloso-subcrystallinus; rarus. Lucis influxu brunnescit. Siccatus in Aqua frigida vix, in fervida difficile, ac solum partim; in Acido nitrico sine effervescentia solvatur; calora tubuli ferruminatorii expositus, in vitrum flavum abeat, et; addito Acido hydrothionico, statim nigrescat.

NITRAS POTASSAE PURUS. Nitrum depuratum O.

R. Nitri puri partem unam, vasi stanneo vel cupreo, stanno obducto, ingestum solve in binis partibus Aquae fervidae. Solutionem, breviter ebullitam filtra, ac loco frigido agita, donec, penitus refrigerata, nullum amplius pulverem salinum demittat. Lixivio decantato, praecipitatum linteo, super tenaculum ligneum expanso, ut pars lixivii, illi inhaerens, depluat, immitte. Postea decima parte Aquae destillatae frigidae ablue, atque calore desicca. E lixivio restante pari modo crystallos genera, quamdiu purae prodeunt. Si hic Nitras sequentibus qualitatibus nondum gauderet, iteratim eum hac ratione depura.

Sit pulverulento-crystallinus, candidus; vitreo-splendens; siccus; compressus strepens; vix amariusculus; in septem partibus Aquae frigidae et minori, quam pari quantitate bullientis, solubilis; prunis injectus, quin crepitet, detonans. Solutio, Aqua destillata parata, affuso Nitrate Argenti liquido, vix

opalescat; instillato Nitrato Barytae liquido, nullum Sulphatem, et, addito Subcarbonate Potassae liquido, nullos Sales terreos prodat.

NUCES QUERNAE TOSTAE. Glandes quernae tostae O.

℞ Nucum Quercus Roburis vel pedunculatae, quantum vis. Siccatas et decorticas torrefac in vase ferreo, continuo spathula lignea versatas, donec luteo-brunneae et fragiles devenerint. Refrigeratas serva in vitris probe clausis.

Sint odoris subempyreumatici; saporis paris dulciusculi.

OLEA AETHEREA.

Vegabilia e corporibus siccis, paucis hic exceptis, para:

Præ destillatione pro ratione suae indolis illa comminue; solum nonnulla integra destillare licet. Corpora animalia et mineralia, e quibus talia paranda sunt, pari modo prius contunde.

Duriora vegetabilia antea in sufficienti quantitate Aquae macera.

Destillationem institue in vesica cuprea, stanno obducta, imponendo alembicum stanneum, pari rostro instructum. Ultimo pro oleis Aqua levioribus excipulum angustum, in quo haec minorem superficiem exhibeant, adapta, qua ratione lagenae, sic dictae florentinae, praevalent.

Corporum recentium parti uni tres partes Aquae communis, siccorum vero partes novem Aquae affunde.

Vesicam hisce miscellis ita, ut turgentes eam nequeant excedere, imple.

Sub destillatione Aquam cito ebullias; et, illa durante, alembicum diligenter Aqua refrigera. Dua-

bus tertiis partibus Aquae adhibitae in excipulum transactis, destillationem fini, et vesicam statim munda.

Si Olea Aqua leviora destillasti, brodium ab illis separatum, denuo vesicae ingerere poteris, supplendo partem deperditam Aqua communi. Ingesta de novo parte una corporis extrahendi, destillationem repete, donec quantitatem Olei desideratam obtinueris.

Post destillationem Oleorum Aqua graviorum, Aquam, cum illis in excipulo prostantem, separa, per tubum vesicae brodio reaffunde, ac de novo toties, quoties pro Oleo lucrando opus est, destilla.

Si e brodio extractum paras, illud, adhuc ebulliens, in vas terreum vitreatum effunde, et dein evapora.

Aquas destillatas, simul obtentas, pro ulterioribus destillationibus, quamdiu valent, asservare poteris.

Serva haec Olea in lagenulis, epistomiis vitreis probe claudendis, loco frigidiore, prae luce defensa, separando partes alienas, illis immixtas.

Sint, etiam refrigerata, tenuia, paucis exceptis, quae calore, punctum glaciale parum superante, coeunt. Nec lucis nec aëris influxu inspissata vel obfuscata sint. Odorem spargant intensum, plerumque corporibus, e quibus parata sunt, respondentem, aut saltem proprium exaestuantem vel et acrem, atque saponem edant similem. Ebulliendo immutata avolent. Papyro illinita et calore evaporata, maculas pingues in hac non relinquunt. In Alcohole et Oleis aethereis facillime solvantur. Aquae, etsi difficulter et parum in ea solvantur, tamen quidquam sui odoris et saporis tribuant, non vero lacteam eam reddant.

Tali modo para, et conserva Olea aetherea sequentia, exceptis iis, pro quibus conficiendis speciales normae hic traduntur:

OL

Inst
tae
ing
illi
loro
plu
pia
han
cau
ind
Sta
dua
vitr
imm
ro

E

OL

par

tum
Pro
ferr
vitr
late
ni

OLEUM ANIMALE AETHEREUM. Oleum animale Dippelii O.

℞ Olei animalis foetidi modicam quantitatem. Instilla per infundibulum retortae vitreae tubulatae, cavendo, ne hujus rostrum aut fornicem illo inquines. Retortam, excipulo vitreo luto farinoso illi bene conjunctam, balneo arenae impone, et calore, 60° parum excedente, Oleum, donec non amplius tenue transeat, destilla. Hoc sufficiente copia Carbonis vegetabilis praeparati in pulvem et hanc in globulos redige, quos cucurbitae vitreae caute, ne parietes conspurces,ingere. Destilla inde Oleum, uti prima vice, quamdiu tenue stillat. Statimingere id lagenulis vitreis, non ultra duas ejus Drachmas capientibus, quas epistomiis vitreis, resina firmandis, claude et, Aquae inverse immersas, loco obscuro serva. Lagenulis ipsis vero nunquam Aquamingere.

Esto subflavum, nunquam brunnescens; limpidum; tenue; gravitatis specificae 0,744; odoris proprii gravissimi balsamici, non autem foetidi; saporis gravis, primo acris exaestuantis, tum os refrigerantis et amari. In Aqua, juvante Ammonia contenta, partim solvatur, solutione neutiquam lactescente. Cum Alcohole, Oleis aethereis et pinguibus facile totum misceatur. Sit valde volatile et inflammabile.

OLEUM AETHEREUM ANIMALE EMPYREUMATICUM. Oleum animale foetidum O.

Si venale non satageret, sequenti methodo para:

℞ Ossium Mammalium, a pinguedine, quantum licet, optime depuratorum, copiam libitam. Pro ratione vasis comminuta, immitte retortae ferreae tubulatae, quam tubo ferreo aut terreo vitreato conjunge excipulo vitreo amplo, in latere fornicis foramine pertuso. Huic foramini intrude tubum, extra laboratorium direc-

tum, ut a vaporibus immunis maneat. Juncturis argilla humida clausis, ignem applica, sensim eo usque augendum, ut retorta excandescat, et hunc augere continua, donec nulli ultra vapores excipulum petant. Apparatu refrigerato, Oleum ab Aqua et Subcarbonate Ammoniae pyro-oleoso separa, et serva in vitris, epistomiis suberinis exactissime munitum.

OLEUM ANISI VULGARIS e fructibus siccatis.

Sit albido-flavum; gravitatis specificae 0,987; saporis blandi dulcis.

OLEUM AE. CARVI e fructibus siccatis.

Esto pallide flavum; gravitatis specificae 0,905; saporis intense exaestuantis.

OLEUM AE. CARYOPHYLLORUM AROMATICORUM. Oleum Caryophyllorum O.

Para ex horum parte una et Aquae partibus novem, repetendo destillationem, quamdiu Oleum largiuntur.

Sit valde tenue; recens stramineum, tandem rubellum, nondum vetustate erubello brunnescens; gravitatis specificae 1,030 usque 1,036; fragrantissimum; saporis urentis.

OLEUM AE. CINNAMOMI.

Para eodem modo.

Sit recens vix stramineum, nondum brunnescens; gravitatis specificae 1,044; grate fragrans; saporis primum dulciusculi, postea urentis.

OLEUM AE. FOENICULLI

E fructibus siccatis.

Esto lucide flavum; gravitatis specificae 0,930; odoris et saporis grati; ultimi mitis. Calore 4° usque 6° coeat in lamellas crystallinas.

OLEUM AE. JUNIPERI.

E galbulis recentibus.

Sit albidum, aut vix flavescens; valde tenue; gravitatis specificae 0,910; odoris gravis; saporis valde exaestuantis.

OLEUM AE. LARICIS RECTIFICATUM. Oleum Terebinthinae rectificatum, Spiritus Terebinthinae O.

Rectifica, uti de Oleo Succini praescriptum est.

Sit hyalinum; gravitatis specificae 0,870; tenuissimum; odoris gravis; saporis intense acris exaestuantis.

OLEUM AE. LAVANDULAE.

E floribus siccatis, si venale non sat valeret.

Esto flavum; gravitatis specificae 0,894; odoris et saporis insignis.

OLEUM AE. ARILLI MYRISTICAE MOSCHATAE. Oleum Macis O.

Sit stramineum; spissiusculum; gravitatis specificae 0,940; odoris Arilli, sed fortioris grati; saporis ab initio blandi, postea acris.

OLEUM AE. MAJORANAE.

Ex herba florida siccata.

Esto recens flavo-virens, tandem brunneo-virens; facile lentescens; gravitatis specificae 0,980; odoris minus grati, quam herba.

OLEUM AE. MENTHAE CRISPAE.

E foliis et summitatibus floridis siccis.

Sit flavo-virens; gravitatis specificae pro minimo 0,898; fragrans; saporis proprii amariusculi ingrati.

OLEUM AE. MENTHAE PIPERITAE.

E foliis et summitatibus subfloridis siccis.

Esto recens stramineum; valde tenue; gravitatis specificae 0,920; fragrans; saporis singularis camphorati, ab initio os exaestuantis, dein refrigerantis.

OLEUM AE. RORIS MARINI.

E foliis et summitatibus subfloridis siccis, si venale genuinum non foret.

Sit gravitatis specificae 0,930; lucide flavum.

OLEUM AE. RUTAE.

E foliis et summitatibus recentibus.

Sit lucide flavum; gravitatis specificae 0,910; graveolens; saporis ingrati acriusculi.

OLEUM AE. SABINAE.

E summitatibus recentibus.

Esto albido-flavum; gravitatis specificae 0,890; odoris gravis inamoeni; saporis resinoso-acris ingrati.

OLEUM AE. SERPYLLI.

Ex herba florida sicca.

Sit flavum, vetustius rubescens; gravitatis specificae 0,902; grate fragrans; saporis parvis acriusculi.

OLEUM AE. SUCCINI. Oleum Succini album seu rectificatum O.

¶ Olei, sub praeparatione Acidi succinici obtenti, quantum vis. Per infundibulum retortae vitreae amplae, quin parietes aut fornix hujus inquinentur, infusum, destilla, coquendo, quamdiu coloris expers transit. Serra, ut Oleum aethereum animale.

Sit hyalinum aut vix flavescens; gravitatis specificae 0,886; odoris non ingrati; saporis aromatico-acris; summe volatile et inflammabile. Cum acido nitrico abeat in massam resinosa aurantiacam, odoris moschato-balsamici.

*** OLEUM AE. THYMI.**

Ex herba florida sicca.

Sit flavum, tandem quidquam rubescens; gravitatis specificae 0,902; odoris et saporis grati, ultimi acriusculi.

OLEUM AE. VALERIANAE.

E radice recenti vel et siccata.

Sit flavo-virens, nondum brunnescens; tenue; gravitatis specificae 0,910; graveolens; saporis ingrati acris, sub finem amariusculi.

OLEA AETHEREO-PINGUIA.

Corpora, e quibus paranda sunt, comminuta,ingere sacco linteo, in quo, vasi terreo vitreato immisso, Aquae vaporibus penetrentur. Dein prelis, quorum laminae Aqua fervida calefactae sunt, exprime, ac placentam residuam, de novo contusam, pari modo, quamdiu Oleum purum largitur, tracta.

Portiones Olei, paulatim expressas, in vase terreo vitreato congestas, calore 30° usque 40° colliqua, filtra, et statimingere vitris, bene clausis et loco frigido servandis.

Sint a rancore libera, consistentiae, pro ratione substantiarum pinguium contentarum, singulis propriae, ac gravitatis specificae paris. Excepto Oleo Ricini, vix minima ex parte in Alcohole solvantur.

OLEUM AETHEREO - PINGUE NUCLEORUM MYRISTICAE MOSCHATAE. Oleum seu Balsamum Nucistae expressum O.

Sit rubello-flavum, tempore pallescens; butyro vix spissius; Aqua levius; aequabile, grumulosum; calore manus liquabile; inflammatu facile, et lacte fere sine fumo ac fuligine deslagrans; odoris aromatici; saporis aromatico-pinguis, utriusque proprii; in Aethere sulphurico penitus solubile, solutione pellucida. Residuum pingue ab Alcohole colore privetur.

OLEA PINGUIA.

Corpora exprimenda recenter in mortario ferreo grosso modo contunde.

Olea liquidiora exprime, solidiora vero, prius vaporibus Aquae bullientis exposita, prelo submitte. Placentas residuas contusas, altera aut repetitis vicibus, quamdiu Oleum purum largiuntur, tracta.

Vase vitreo excepta, stent, donec clara deveniant, tum illa a sedimento decanta, hoc vero filtra.

Serva loco frigido in vitris, bene clausis. Quantum licet, fere omnia ex tempore para, nunquam autem dimidio anno longius prostant.

Oleorum pinguium nomine veniunt corpora e variis pinguibus substantiis, ac partim etiam aliis compositae, inde diversae indolis. Nil ominus sint fere omnibus Oleis aethereis crassiora, singula cohaesionis propriae, et vario frigoris gradu cogenda; Aqua leviora; odoris debilis, plus minus pinguiusculi; saporis mitis; calore non sublimanda, inde, corporibus illinita, etiam de calefactis hoc non abigenda. Calore, 80° superante, decomponuntur, empyreuma spirando. In Aqua sint insolubilia. Alcohol, unico excepto, vix aliquid eorum, utpote incorruptorum, recipit. Saponem ex illis, cum Potassa aut Soda parati, penitus in Aqua et Alcohole solvantur. Cum Oxidis metallicis et imprimis Oxidulis plumbeis cocta, probe solidescant.

OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM. Oleum Amygdalarum O.

Sit stramineum; primum subturbidum, tempore declarandum; tenue; gravitatis specificae 0,917; odore et sapore Amygdalis dulcibus recentibus simile. Frigore glaciali non incrassetur.

OLEUM CACAO. Butyrum Cacao O.

R. Seminum Theobromatis Cacao, leviter tostorum et decorticatorum, quantum vis. Redige in mortario ferreo aut super tabula lignea, utrisque prius Aqua calefaciendis, in pulvem, quam, decem partibus Aquae communis assidue versa-

tam, iteratim coque per horam, donec nil Olei ultra largiatur. Post singulas coctiones decoc- tum in vas terreum vitreatum effusum, refrigera, ac Oleum, illi innatans, abime. Hasce portiones collectas liqua calore 30 usque 40°, filtra, ac infunde capsulis papyraceis. Talecolas refrigeratas serva loco frigido.

Sit recens flaviusculo-album, tractu temporis pal-lescens; Sebo cervino quidquam solidius; fractum aequabile; calore cutis humanae liquatu facile, quo eam pinguedinosam reddat. Redoleat semina parum calefacta et fracta; sapore eadem referat, os, dum liquatur, simul refrigerando.

OLEUM LINI.

Sit, recenter expressum, pallidius flavum; gravitatis specificae 0,930 usque 0,940; odoris graviusculi; saporis parvis unguinosi; Aëris influxu siccandum.

OLEUM PAPAVERIS SOMNIFERI. Oleum Papa- veris O.

Sit flaviusculum, tandem fulvum; limpidum; spis- siusculum; gravitatis specificae 0,929; vix odora- tum; saporis grati dulciusculi.

OLEA PINGUIA COCTA.

Para ex parte una substantiarum vegetabilium siccarum et partibus tribus Olei Olivarum.

Aheno cupreo, stanno obducto, ingesta ebul- liant, continuo agitata, calore, 80° non superante, donec partes aquosae fere consumtae sint.

Olea calida, bene exprimendo, cola, et a se- dimento strando separa.

Serva, ut Olea pinguis, ast nunquam ultra di- midium annum.

Ratione Olei, sicut haec, se habeant, Oleis, infusio- ne aliis substantiis impraegnatis (Oleis infusis O.) vi medica et duramine praevalent.

OLEUM HYOSCYAMI COCTUM.

E foliis siccis parandum, sit viride; haec folia redolens; saporis oleosi subacris.

OXIDULUM FERRI. Aethiops martialis O.

℞ Sulphatis Oxiduli Ferri, quantum vis. Vasis terreis vitreatis ingestum, solve in viginti partibus Aquae communis bullientis. Solutioni tandem instilla Subcarbonatem Potassae liquidum, quamdiu praecipitatum eliminat. Hoc, Aqua calida edulcoratum, et, calore, 80° non superante, siccatum, redige cum Oleo Lini in pastam solidiorem, quam in crucibulo terreo tecto rutile tandem candefac, quamdiu flamma sub opereulo efflagrat. Oxidulum refrigeratum statim ingero vitris, epistomiis vitreis exacte claudendis.

Sit pulvis niger, subtilis, valde depingens; attractilis
In Acido muriatico solvatur sine sensibili evolutione Acidi hydrothionici aut residuo copiosiore Carbone.

OXIDULUM HYDRARGYRI SALINUM. Mercurius solubilis Hahnemanni O.

℞ Hydrargyri puri partes tres. Cucurbitae vitreae colli ampli et brevis immissis adde miscellam ex Acidi nitrici et Aquae destillatae, singulorum partibus duabus. Mixta coque in vase balneo arenae imposito, igne sensim aucto, quamdiu Gas nitrosum secedit, et nondum sedimentum flavum praecipitari incipit. Tum, vase ab igne remoto, liquorem agita, donec refrixerit. Effunde omne contentum in mortarium vitreum, in quo illud per dimidiam horam pistillo bene tritura. In alio vase dilue Acidi nitrici partem, relate ad quantitatem Hydrargyri adhibitam, vigesimam quartam cum octo partibus Aquae, ultimis ratione applicati Hydrargyri calculatis. Acidum dilutum pedentim instilla miscellae, pulverem crystallinum in hac contentum continuo triturando. Si forsan

haec Acidi nitrici copia solvendo pulveri non sufficeret, ulteriorem, donec omnis solutus sit, adde. Solutionem ab Hydrargyro residuo decanta, et tum illi duodecim partes Aquae destillatae, relate ad suum pondus, adde. Instilla huic liquori sub assidua agitatione Ammoniam puram liquidam, prius cum sex partibus Aquae destillatae dilutam, quamdiu sedimentum penitus nigrum eliminat. Lixivium post brevem quietem a praecipitato decanta, hoc vero Aqua destillata iteratim edulcora, filtro ingere, et inter chartas emporeticas, saepius mutandas, calore, 14° non superante, loco obscuro penitus desicca. Massam, leviter pulveratam in vitris, epistomiis vitreis claudendis, luci subtractam, serva.

Sit nigrum; nitoris velutini; vix oculo armato vestigium globulorum metallicorum prodens, quorum tamen plures, Aqua irroratum et manu fricatum, exhibet. Esto fere inpalpabile; inodorum; insipidum; in Aqua insolubile. In tubo vitreo patente excalesfactum totum avolet, quin sublimatum ad hujus parietes deponat et calore 40° abeat in pulverem albescentem. In Acido acetico fervido maxima ex parte solvatur, relictis globulis metallicis. Acido hoc refrigerato, minima pars illius soluta maneat; sed maxima decidat forma pulveris crystallini albi. Tenet parcissimam quantitatem Subnitratu Oxiduli Hydrargyri et Ammoniae.

OXIDULUM STIBII VITREUM, Vitrum Antimonii O.

Sequenti modo, si venale nil valeret, para:

℞ Sulphureti Stibii venalis, ruditer pulverati, copiam libitam. Vasi terreo non vitreato plano formati, altitudine quatuor lineas non excedentis, ingestum, sub tractu fornacis leni igni expone, et bacillo terreo sedule versa. Si nil ominus in crustas coiret, ab igne remotum et refrigeratum, denovo pulvera. Tum igni, quem pro majore aut

minore vaporum evolutione dirige, submitte, donec hi, excandescendo simul fundo vasis, cessent. Pulverem griseum residuumingere crucibulo terreo, eo non ultra duas tertias partes implendo, et, hoc perfecte oblecto, forti igne liqua. Liquidum bacillo terreo examina, an in vitrea fila duci queat, ac penitus pelluceat. Vasi ferreo calefacto tunc infusum et refrigeratum, serva in vitris clausis, uti veneficum.

OXIDUM FERRI. Ferrum oxidatum fuscum, Crocus Martis aperitivus O.

℞ Sulphatis Oxiduli Ferri partem unam. Vasi ferreo ingestam, solve in Aquae communis bullientis partibus viginti. Solutioni, adhuc fervidae, affunde Subcarbonatis Potassae liquidum tantum, quantum ad praecipitationem omnis Oxiduli ex illa sufficit. Lixivio decantato, hoc super linteo arcioris texturae Aqua fervida edulcora, donec Aqua nullum amplius vestigium salis soluti prodat. Oxidulum, loco calido siccatum, crucibulo terreo tecto immitte, in quo per horam rutilo, saepius bacillo pari versatum, excandescat. Refrigeratum serva in vitris, bene clausis.

Exhibeat pulverem brunneo-rubrum, proprie in colorem, hepaticum dictum, vergentem; subtilem; inodorum; insipidum; non attractilem; in Aqua insolubilem. Affuso Acido muriatico, non effervescat; in hoc solutus, laminam ferream politam Capro non induat, et, admixto Muriate Barytae liquido, vix sedimentum album demittat.

OXIDUM HYDRARGYRI. Mercurius praecipitatus ruber O.

℞ Hydrargyri puri partes duas. Cucurbitae vitreae immissas, solve calore 30° usque 40° in Acidi nitrici partibus tribus, et solutionem in vase porcellaneo, balneo arenae imposito, exsicca. Adde Sali siccatō denuo partes duas Hydrargyri puri,

et sub terrendo instilla saepius pauxillum Aquae, donec globuli metallici evanuerint. Miscellam, uti prius exsiccatamingere, cucurbitae vitreae, fundo plano instructae, quam ita in balneo arenae sub ductu fornacis colloca, ut contra vapores nitrosos et hydrargyricos, durante processu, munitus sis. Ignem paullatim auctum, applica, donec nulli vapores ultra evolvantur, sed secamentum ligneum, candens admotum, ab Oxigenio scaturiente inflammetur, cavendo, ne excandescantia rutila, vitra saepius capiens, massam aggrediat. Refrigerata in arena Cucurbita, pulverem rubrum, a reliquo sublimato flavo caute separatam, serva in vitris, bene claudendis, luci subtractum.

Sit lucide rubrum, nitens; crystallino-squamosum; alcoholisatum rubro-flavescens, tum luci expositum, e griseo nigrescens. In Aqua non solvatur, excandefactum brunnescat, et Oxigenio abacto ac Hydrargyro metallice sublimato, totum dispareat. Adjuvante calore, in Acido muriatico et nitrico omnis solvatur.

OXIDUM ZINCI, loco Florum Zinci O.

℞ Frustulorum Zinci libitam quantitatem, qua crucibuli terrei ad summam decimam partem impleas, quod, ostio versus marginem fornacis inclinato, prunis impone, leviter, ut aëri aditus in illud pateat, obtege, et candefac, donec Zincum deflagret. Oxidi Zinci strata tenuia, prout formantur, brevibus intervallis spathula ferrea exime, arcendo ab illo pulverem prunarum. Hasce portiones, in vase terreo vitreato collectas, Aqua frigida laeviga, et per cribrum setaceum in simile vas trajice. Aqua decantata, super linteo celeriter, quod calore 30° usque 40° impetrabis, sicca. Serva in vitris, epistomiis vitreis bene claudendis.

Sit candidum, floccosum, levissimum, inodorum, insipidum; in Aqua insolubile. Excandefactum

flavescat, denuo refrigeratum, rursus albescat, atamen retenta inde aliqua flavedine. In Acido sulphurico totum sine effervescencia solvatur, ex qua solutione Ammonia pura liquida primum pulverem album praecipitet; ultra saturationis punctum vero affusa, hoc sedimentum sensim totum resolvat, solutione limpida in colore.

OXIMEL. Oximel simplex O.

℞ Mellis crudi partes duas. Aceti crudi partem unam. Aheno cupreo, stanno obducto, ingesta, coque leniter, removendo spumam, ad Syrupi spissitudinem. Per pannum lincum in vas terreum vitreatum colatum, et refrigeratum, serva in lagenis vitreis, subere munitis, loco frigido.

Sit lucide brunneum; consistentiae Syrupi spissioris; gravitatis specificae 1,300; odoris acetici et mellei grati, prioris praedominantis; saporis similis.

OXIMEL OXIDULI CUPRI. Unguentum aegyptiacum O.

℞ Mellis crudi partes quatuordecim, Aceti crudi partes septem et quinque Subacetatis Cupri. Vasi cupreo ingesta, coque, sedulo spathula lignea agitata, ad consistentiam Mellis spissioris. Serva in vasis terreis vitreatis aut vitris, bene clausis, uti veneficum.

Sit lucide e purpureo brunneum; odoris acetici melliti, metallice ingrati; saporis paris cuprei nauseosi.

OXIMEL SCILLAE. Oximel scilliticum O.

Para, ut Oximel, ope Aceti Scillae, et serva pariter.

Sit melle rubicundius; gravitatis specificae circiter 1,300; ingratum odore acidulo et sapore melleo acetico, valde amaro, subacri.

PASTA ALTHAEAE.

℞ Radicum Althaeae, minutim concisarum, partem dimidiam, quas, affusis partibus duodecim Aquae fervidae macera, saepius agitando,

per
ahen
bici
intim
igne
consi
remo
Albu
quad
que.
li pu
re 15

Est

P
e

* PA

rum,
stann
tibus
mans
duplu
misce
in sp
coqu
Dein
Gum
ra, se
eousq
lamin
stersa
sicca
loco

Col
te
ti

per duodecim horas. Infusum colatum ingere aheni aurichalceo, cui prius pulveris Gummi arabici et Sacchari, utriusque partes duodecim, sibi intime mixtas, immiseris. Evapora miscellam leni igne, assidue spathula lignea versatam, fere ad consistentiam extractorum secundi gradus. Ab igne remotam, valde et celeriter agita, sensim addendo Albuminum Ovorum, cum Aquae Naphae parte quadrante prius in spumam actorum, partes quinque. Mixta effunde in capsulas papyraceas, Amyli pulvere tenuissime conspersas, et exsicca calore 15° usque 20°. Serva loco sicco.

Esto candida, levis, rara, flexilis; odoris Aquae Naphae ac Althaeae debilis; saporis dulcis gummosi et Althaeae.

* PASTA DRUPARUM JUJUBAE.

R: Harum, Dactylorum ac Passularum minorum, uniuscujuscunque partem unam Vasi cupreo, stanno obducto, ingesta, coque in triginta sex partibus Aquae usque, dum hujus viginti quatuor remanserint. Colaturae, in vas simile effusae, adde duplum pondus Sacchari in frustulis. Porro admisce illi Albuminis ovorum, cum pauca Aqua in spumam conquassati, partem dimidiam, et coque, donec Syrupum in fila ductilem sistat. Dein sub perpetua agitatione affunde Mucilaginis Gummi arabici partes viginti quatuor, et evapora, semper despumando, calore, 80° non attingente, eousque, ut miscella in fila tenacia duci queat. Super laminas ferreas, butyro illinitas, et leviter abstersas, effusum, calore 30° usque 40° in pastam siccam redige, ac discinde in tesseras minores, loco sicco servandas.

Colore Vinum acidulum aemuletur. Sit pellucida, tenax, elastica; fere inodora; saporis ingredientium.

(Sub-) PHOSPHAS SODAE. Soda phosphorata O.

℞ Ossium Mammalium, ad albedinem exutorum et subtiliter pulveratorum, partes tres. Coque in Acidi sulphurici concentrati, prius triginta partibus Aquae communis diluti, partibus duabus in aheni stanneo per dimidiam horam, miscellam continuo spathula lignea commovendo. Cola liquorem, residuum simul prelo rite exprimendo. Colato et in pari vase ebullienti, adde tantum de solutione partis unius Subcarbonatis Sodae in duabus partibus Aquae, ut Soda quidquam in illo praedominetur.

Exprimendo cola, et residuum Aqua edulcora, quam colato liquori adde. Mixta liquida filtra, et evapora ad punctum crystallisationis. Tum lixivium in vase faventino per viginti quatuor horas loco frigido crystallisationi committe, et, a crystallis decantatum, iteratim evapora, ac refrigera, quamdiu crystallos Subphosphatis Sodae largitur. Haec collectas inter chartas emporeticas desicca, et statim vitris, epistomiis vitreis obturandis, ingere.

Sint oblongo-rhomboicae; hyalinae; aëris sicci influxu sensim fatiscentes; calore tubuli ferruminatorii diffluentes ac fusiles in perlas hyalinas, quae refrigeratae albescunt et opacantur. Solvantur in quatuor partibus Aquae calore 14° et duabus bullientis, solutione alcalina, non tamen cum Acidis effervescente. Haec solutio, addito Nitrato Barytae liquido, sedimentum album et, admixto Nitrato Argenti liquido, flavum deponat, quod utrumque, affuso Acido nitrico, penitus resolvatur.

PHOSPHORUS.

In commercio prostante non valente, sequenti ratione fiat:

℞ Liquoris Phosphatis Calcariae aciduli, secundum praescriptionem pro confectione Subphosphatis Sodae parati et in vase terreo vitreato

ad Mellis spissitudinem evaporati, partes octodecim. Adde illi in vase, e Ferro fuso parato, Carbonis vegetabilis praeparati partes sex. In eodem vase, in pulvem mixtis, ignem applica, quem lente ad miscellae excandescentiam usque adauge, ut puls penitus exsiccetur. Adhuc calentem, in mortario ferreo ruditer pulvera et pulvere retortam terram loricatam ad medietatem reple, obtegendo illum in hac strato tenui Carbonis vegetabilis praeparati. Retortae, furno verberanti impositae, rostrum vasi terreo, Aqua repleto, immerge, ac ignem applica, pedentim auctum, donec Gas hydrogenio- et carbonato-phosphoratum cessent evolvi. Phosphorum obtentum sub Aqua calore 30° usque 40° per corium caprinum transige. Dein sub Aqua ejusdem caloris aut in infundibulum vitreum longius, aut in tubulum vitreum, subtus epistomio vel digito claudendum, infunde, et Aqua refrigerata, in bacillos redige, quos trigefactos modo praescripto serva.

P I L U L A E.

Massas pilulares forma in mortariis lapideis, et, si secundum indolem corporum illas ingredientium metallicis opus est, in ferreis, modo ab hisce non permutentur aut decomponentur, ultimo sub casu, in vitreis.

Massa sit aequabilis, ac colore et consistencia se talem monstret. Inde corpora venefica aut efficaciae heroicae in paucis guttis menstrui convenientis solve, aut minus solubilia, tali irrorata, in pulverem redige. Extracta parvis efficaciae, per se difficulter terenda aut reliquis ingredientibus admiscenda, pauxillo Aquae, aut juxta suam indolem Alcoholis diluti instillato, unacum hisce tere. Pulveres excipiendos, modo pro horum confectione

praescripto, sibi misceas, antequam eos ceteris addas. Corpora, quae connubium cum aliis respuunt, prius convenienti subige. Excipientia, solidioribus mixtis, primum parca quantitate, etiamque demum sensim adde.

Consistentia massae pilularis talis sit, ut pilulae, ex ea formatae, formam suam retineant, digito prementi quidem cedant, ast in genere parum adhaereant.

Machinis pro pilulis conficiendis aurichalceis tum solum utere, si corpora, has constituentia, illis non permutantur; secus ferreas adhibe.

Pilulas, quae aëris, imprimis humidi, influxu facile vim perdunt, aut quarum Sales efficacissimi contenti inde subcrystallisantur, vel quae facilius humescunt, in vitris clausis exhibe.

Pilulas solum, si in specie praescribitur, foliis aureis aut argenteis genuinis obducere licet.

POTASSA PURA LIQUIDA. Lixivium causticum O.

℞ Subcarbonatis Potassae depurati partem unam. Aheno ferreo mundato ingestam, solve in Aquae communis partibus decem. Lixivium ebulliat, et tum adde, continuo spathula ferrea agitato, Calcariae purae pulveratae duas tertias partes. Per horae quadrantem coctam miscellam cola per linteum album, prius Aqua ferventi imbutum. Residuum coque in quinque partibus Aquae communis in vase eodem per horae quadrantem. Lixivia commixtaingere vitris, exactissime claudendis, et quieti relinque loco temperato per viginti quatuor horas. Tum a sedimento decanta, et bulliundo evapora in aheno ferreo ad gravitatem specificam 1,335. Semirefrigeratum serva in vitris, epistomiis vitreis optime clausis.

Sit incolor, aut vix straminea; odoris lixiviosi; saporis caustici paris. Addita Calcaria pura liquida, vix lactescat, nec cum Acidis efferveat. Ab Alcoliole non turbetur.

Potest etiam parari ex parte una Potassae purae fusae ac duabus partibus Aquae destillatae.

P U L P A E.

Corpora pulposa, in has redigenda, vasis cupreis, stanno obductis, ingesta, coque tanta Aqua communi, et tamdiu, quam ad illa emollienda requiritur. Quae vero coquendo nimis permutarentur, solum, Aqua fervida affusa, digere.

Cocta vel infusa terendo trajice per cribrum setaceum. Residuum, si adhuc pulpa scatet, cum dimidia quantitate Aquae, prius adhibitae, ebullias, vel digerat, et denuo per cribrum agas. Pulpam, placentae inhaerentem, si taliter lucrari nequeat, ex hac, linteo rarioris texturae involuta, exprimas.

Pulpas calore, 80° non attingente, in vase pari metallico, spathula lignea sedulo versandas, evapora, addendo sub finem quantitatem Sacchari, indoli corporum adhibitorum quoad consistentiam, qua extractis secundi gradus pares sint, respondentem.

Serva in vitris aut vasis faventinis loco frigido sicco.

PULPA CASSIAE.

℞ Pulpa, e Batyrilobii Fistulae leguminibus, una cum seminibus et dissepimentis spathula lignea exremtae, partem unam. Infunde in vase terreo vitreato duabus partibus Aquae fervidae, et, hora elapsa, per cribrum trajice. Residuum cum parte una Aquae pari ratione tracta. Pulpas collectas inspissa, addita parte dimidia Sacchari. Prae aliis nunquam longius prostet.

Sit nigra, splendens; aspectus fuliginosi; odore ad pulpam recentem accendens; sapore magis ab ea recedente, potius saccharino.

PULPA EBULI. Roob Ebuli O.

℞ Baccarum ejus recentium partem unam. Coque, addita tanta Aqua, quanta adustio impeditur, donec a suo succo rumpantur. Pulpam, adjecto succo, e residuo expresso, evapora, admixta decima sexta parte Sacchari.

Esto purpureo-atra; splendida; odoris ingrati; saporis acido-dulcis, tandem subacris nauseosi.

PULPA PRUNORUM.

℞ Prunorum siccatorum partem unam. Aqua frigida abluta, coque, continuo versata, in Aquae communis partibus duabus, donec emollita sint. Separatis nucibus, pulpam per setaceum trajice, et inspissa, addita sexta parte Sacchari.

Sit reliquis Pulpis quidquam spissior; brunneo-fusca; odoris et saporis prunorum siccatorum et saccharini, neutrius fumosi.

PULPA SAMBUCI. Roob Sambuci O.

Para, ut illam Ebuli, ex baccis recentibus.

Sit violaceo-fusca; colore brunneo-rubente depingens; splendoris picci; odore potius extracto Graminis liquido, quam Sambuci baccis similis; saporis sambucini insignis e dulci aciduli.

PULPA TAMARINDORUM.

Coque partem unam Pulpae venalis leguminibus Tamarindi in pari pondere Aquae et, per cribrum trjectam, inspissa, addita quarta parte Sacchari.

Sit brunneo-fusca; vix splendens; odoris aciduli grati; saporis dulciusculo-acidi amoeni.

PULVERES.

Corpora, pulveratu difficilia, pro sua cohaesione diverso modo ad pulverandum praepara. Du-

rora conscinde, vel contunde, vel raspa. Viscida vel tenacia prius comminue, et tum calore 20^o usque 30^o caute, ne partes efficaces perdant, sicca. Resinosa aut resinoso-gummosa, calore temperato non contundenda, sub frigida atmosphaera in pulverem redige.

Pistillis et mortariis utere lapideis, ferreis, aut aurichalceis, pro paucis corporibus durioribus, quae metalla aggrediuntur, nec ferreis neque aurichalceis locus est.

Sub pulverando cribra, et mortaria, si pulvis, in aërem sparsus, laboranti noxius esse posset, probe obtege.

Corpora pulveranda secundum singulares normas ad triplicem subtilitatis gradum redige:

Pulvis grossus proprie frustula exhibeat minutiora, semina Sinapeos magnitudine non superantia.

Pulvis, in genere sic dictus, aut et subtilis vocatus, revera sit quidem aequabilis, ast nilominus sat palpabilis.

Alcoholisatus vero, seu Pollen, esto fere impalpabilis.

Corpora laeviganda pulvera, et, Aqua in pastam redacta, super lamina vitrea vel porphyrite plano pari cursore alcoholisa. Tali modo solum corpora, quae ab Aqua non reapse mutantur, pulverare licet.

Corporum pulveratorum portiones, sensim obtentas, sibi intime, ut pulverem aequabilis indolis sistant, misce. Residua effoeta, uti lignosa et fibrosa, rejice.

Corpora, quae forma pulveris de suis viribus facile perdunt, nunquam longius, quam pro usu proximo, serva. Tales pulveresingere vitris, ad amussim claudendis et loco frigidiore reponendis.

In genere lucis influxui subtrahendi, et, qui facile diffluunt, vasis clausis immissi, loco frigido committendi sunt.

PULVIS ALTERANS PLUMERI seu Edinburgensium O.

Para ex tempore e Muriatis Oxiduli Hydrargyri mitis et Hydrosulphureti Oxiduli Stibii sulphurati partibus aequalibus.

Sit saturate aurantiacus; Aqua addita, fuscescens; inodorus; insipidus. Si longius, praecipue sub humiditatis influxu, servaretur, decomponi posset, ex parte formando Muriatem Oxiduli Stibii veneficum.

PULVIS ANTISPASMODICUS STAHLII seu antispasmodicus ruber O.

℞ Sulphureti Hydrargyri rubri laevigati partem unam, Nitratis Potassae et Sulphatis Potassae, pulveratorum amborum, partes decem. Misce exactissime, ac serva in vitris clausis.

Sit laete coccineus; saporis salini refrigerantis ingrati; praeter Hydrargyrum nullum metallum tenens.

PULVIS AROMATICUS.

℞ Libri Cinnamomi partes duas, Cardamomi minoris, Zingiberis, utriusque partem unam. Contunde simul in pulverem subtilem.

Sit luteus; odoris et saporis insignis, Cardamomo utroque praevalente.

PULVIS COLOCYNTHIDIS GUMMOSUS, loco Trochiscorum Alhandal.

℞ Pulpa Colocyntidis, siccatae et concisae, partes duas, Gummi arabici partem unam. Forma inde, additis partibus duodecim Aquae communis calidae, pastam solidiorem, quam calore 30° usque 40°, saepius versando, cito exsiccatam, redige in pulverem. Sera in vitris probe obturatis.

Sit luteo-albus; subtilis, rarus; odoris debilis nauseosi; saporis parvis amarissimi.

PULVIS FERRI ALCOHOLISATUS. Limatura
Ferri alcoholisata O.

℞ Ferri puri limati, quantum vis, redige in mortario ferreo in pulverem, adeo subtilem, ac licet. Excutias partem ejus alcoholisatam e sacco linteo arctioris texturae, ac statim immittas vitris siccis, optime claudendis.

Esto subtilissimus; non conglomeratus; nigro-coeruleus; attactu holosericeus; ceterum purus.

PULVIS IPECACUANHAE OPIATUS, loco pulveris anodyni Doveri.

℞ Pulveris Opii siccati et pulveris radice Cephælidis Ipecacuanhae, utriusque partem unam, ac Sulphatis Potassae partes octo. Misce exactissime, et in vitris clausis solum pro brevi tempore serva.

Sit lucide brunnescent; odoris et saporis ingredientium intensi nauseosi.

RESINA JALAPPAE.

℞ Radicum Jalappae, ruditer contusarum, partem unam. Digere in vitro, aut majori copia prostante, in vesica cuprea, stanno obducta, utroque vase claudendo, per triduum, additis sex partibus Alcoholis diluti, calore, 30° vix excedente. Alcohol colatum, filtrando, infunde vasi terreo vitreato; residuum expressum, uti prius, in quatuor partibus Alcoholis diluti digere, et hoc colatum primo admisce. Mixta, quiete viginti quatuor horarum loco temperato declarata, a sedimento, simul filtrando, decanta. Demum infunde vesicae, addendo quartam partem Aquae communis, relate ad copiam Alcoholis. Hoc destillato, Resinam refrigeratam conglomeratam exime, et in vase terreo vitreato Aqua, donec hanc non amplius tingat, ablue. Tum in vase aurichalceo, calore, 80° non excedente, continuo versando, evapora usque, dum particulae exemptae et refrigeratae fragiles deveniant. Serva in vitris, bene clausis.

In massa sit superne fusea; subtus ob miscellam minus aequabilem grisea; friabilis; triturae griseae; fracturae resinosae; odoris, imprimis fricta, nauseosi; saporis paris acris. Aquam calidam triturando non tingat, sed in duabus partibus Alcoholis tota solvatur. Inflammata odorem alienum non edat.

ROTULAE MENTHAE PIPERITAE.

℞ Elacosacchari Menthae piperitae et Sacchari pulverati partes aequales. Sartagini aurichalceae rostratae ingesta, coque, addito pauxillo Aquae Menthae piperitae, ad consistentiam pastae, continuo miscellam spathula ferrea tenui acuminata versando, donec guttulae, in tabulam aurichalceam effusae, in rotulas redigi possint, quas refrigeratas et siccatas serva in vitris, bene clausis.

Sint odoris et saporis Olei hujus Menthae insignis.

SAPO ALCOHOLICO-AMMONIATUS. Balsamum Opodeldoc, Linimentum saponato - camphoratum O.

℞ Saponis sebacei rasi partes sex, Camphorae partem unam. Digere, additis Alcoholis diluti partibus viginti quatuor, in cucurbita vitrea, vesica madefacta clausa, calore 30° usque 40; donec soluta sint. Solutionem calidam filtra, filtro obtecto, et statim adde Olei Rosmarini partem unam ac Ammoniae purae liquidae partes sex. Versando mixta, subito Aquae frigidae immerge, ut miscella coeat. Serva in vitris, bene clausis.

Referat gelatinam flavescentem; opalescenti-pellucidam; aequabilem; calore cutis humanae facile liquabilem; odoris ingredientium, praecipue Ammoniae, insignis.

SAPO AMMONIAE OLEACEUS. Linimentum volatile aut anglicanum O.

Para ex tempore, miscendo partem unam Ammoniae purae liquidae cum partibus tribus Olei Olivarum.

Sit albo-flavens; pultaceo-unguinosus; odore An-
moniae nares feriens.

**SAPO HYDROSULPHURETI OXIDULI STIBII
SULPHURATI.** Sapo antimonialis O.

Hydrosulphureti dicti partem unam, solve,
aleno ferreo ingestum, coquendo et spathula fer-
rea saepius versando, in Potassae purae liquidae
partibus tribus. Tum adde Aquae destillatae bul-
lientis partes quatuor, et Saponis Sodae amygda-
lini, prius bene siccati et rasi, partes sex. Mixta et
sedulo versata, evapora calore, 80° non superante,
donec in grumos siccos flavido-cinerascentes ab-
ierint. Statimingere vitris, epistomiis vitreis pro-
be claudendis.

Grumi, quorum colorem aër, decomponendo eos,
mox in aurantiacum mutat, sint sicci; attactus
saponacei; odoris paris subacris; madefacti Ac-
idum hydrothionicum spirantes. In Aquae et Al-
coholis diluti partibus sedecim pars una solvatur
sine secessu Olei aut sedimenti aurantiaci, quali so-
lutio, addito Acido sulphurico, turbetur.

SAPO JALAPPINUS.

Para, ut reliquos saponis resinosos.

Sit brunneo-fuscus; odoris ac imprimis saporis nau-
seosi Jalappae insignis.

SAPONES RESINOSI.

Resinae, in saponibus solvendae, pulve-
ratae, ac Saponis Sodae amygdalini, utriusque
partem unam, Alcoholis partes quatuor. Digere
in vase vitreo clauso, calore 30 usque 40°, ad per-
fectam solutionem usque. Miscellam evapora calore,
80° non attingente, sedulo spathula lignea agita-
tam, ad consistentiam extractorum tertii gradus.
Grumos serva in vitris, probe clausis, loco sicco.

Sint in Aqua et Alchhole toti solubiles. De resinis plus quam dimidium hi sapones pondere tenent.
SAPO SODAE AMYGDALINUS. Sapo medicatus O.

℞ Olei Amygdalarum dulcium partes duas. Vasi terreo vitreato aut faventino immisso, sensim adde Sodae purae liquidae *) partem unam, continue miscellam bacillo faventino aut vitreo agitando, donec calore 14° spissescat. Saponem, modulis papyraceis aut ligneis ingestum ac obtectum, sub pari temperatura sepone, ut solidus deveniat. Serva loco sicco.

Sit Sapone Sodae oleaceo albidior; odoris Olei amygdalini; secus illi similis.

SAPO SULPHURATO-CERATUS seu antisialagogus Singeri.

℞ Sulphureti Potassae partem unam. Vasi porcellaneo ingestum, solve in Aquae destillatae bullientis partibus duabus. Solutionis filtratae, adhuc ferventis, partibus tribus adde Ceræ flavae, minutim concisae, partem unam. Evapora miscellam calore, 80° non superante, frequenter et versus finem continue agitaculo ligneo versando, donec guttulae, exemptae et corpori frigido instillatae, subito coeant, ac, tum digitis compressae, vix humorem sudent. In capsulas effusum et refrigeratum saponem serva, involvendo singulas taleolas papyro ceratae, in vitris, bene clausis.

Sit sat solidus; extus fusco-griseus; fractus coloris saturate mellei; integer odoris cerei, diffractus simul hepatici insignis; saporis primum mitioris, dein hepatici. Solutio partis unius in duodecim Aquae destillatae sit glauca, vetustior magis lactescens, Acidum hydrothionicum insigniter redoleat ac sapiat, etsi Cera mitigatum. Chartam Curcumae minus solutione Sulphureti Potassae tingat.

*) Soda pura liquida, instar Potassae purae liquidae paranda, sit gravitatis specificae 1,335.

SPECIES.

Ingredientia modo, eorum cohaesioni quadrante, ita comminue, ut frusta sat aequabilia circiter non ultra tres lineas quavis dimensione metiantur.

Ad majora frusta separanda, primum per cribrum, huic scopo destinatum, trajice; dein super cribro arctioris texturae, ut pulverulentae partes eliminantur, agita.

Tum probe sibi commisce, ac pro ratione suae indolis serva in vasis aut scriniis convenientibus.

Nunquam majori copia prostent, ne, saltem partim, aut effoetae fiant, aut corrumpantur.

Habeant qualitatem, corporibus, illas ingredientibus siccatis, convenientem.

SPECIES AROMATICAE, loco Specierum cephalicarum O.

℞ Foliorum et summitatum subfloridarum Absinthii, florum Chamomillae vulgaris, foliorum Melissae, foliorum et summitatum subfloridarum Menthae piperitae, herbae floridae Serpylli, foliorum Salviae omnium partem unam. Mixta serva in vasis clausis.

SPECIES EMOLLIENTES PULVERULENTAE.

℞ Foliorum Althaeae et Malvae, radicum Althaeae, singulorum partem unam. Pulveratis adde seminum Lini, recenter pulveratorum, partes duas.

SPECIES PECTORALES.

Para ex Caricarum, Siliquarum dulcium, Pasularum majorum, Dactylorum, adentis ultimis seminibus, Malti, Hordei, singulorum parte una, radicum et foliorum Althaeae, utrorumque partibus duabus.

SPONGIA OFFICINALIS CERATA.

ꝛ Spongiarum officinalium integrarum, quantum vis. Sat siccatas immerge Cerae flavae, calore, 30° non superante, liquatae. Cera imbutas, prelo, laminis ferreis aut stanneis instructo, fortiter exprime, et subrefrigeratas, Cera, marginibus adhaerente, adenta, serva loco sicco.

Siugulae non sint ultra duas lineas crassae.

SPONGIA OFFICINALIS TOSTA.

ꝛ Fragmentorum hujus Spongiae quantitatem libitam. Minutim concisa immitte sartagini ferreae, pari operculo obtegendae, quam, saepius agitando, leni igni, evitando adustionem Spongiae, expone, donec particulae exemtae pulverari possint. In pulverem tritam, serva in vitris, bene obturatis, luci subtractam, loco frigido.

Sit fusco-brunnea, non cinerascens; odoris empyreumatici foetidi; saporis acris et salsi.

STANNUM RASPATUM.

Raspa Stannum purum, et serva scobem, per cribrum, e filis metallicis textum, trajectan.

Exhibeat pulverem grossum uncinosum.

STIBIIS POTASSAE. Antimonium diaphoreticum ablutum O.

ꝛ Sulphureti Stibii partem unam, Nitratis Potassae puri partes tres. Pulverata et sibi intime mixta, injice paullatim crucibulo terreo amplo candenti. Deflagratione finita, miscella per horam dimidiam excandescat, cavendo, ne liquetur. Adhuc calentem exime cochleari ferreo, ac redige in pulverem. Aqua destillata frigida probe, donec nil amplius alcalinae indolis prodatur, edulcoratum, et, inter chartas emporeticas siccatum, serva in vitris, epistomiis vitreis obturatis, contra lucem defensum.

Sit subtilis; albo-flavescens; in Aqua bulliente partim solubilis, solutione sapore metallico instructa, et, addito Acido muriatico, sedimentum album pulverulentum abunde demittente. Pars una ejus in duabus partibus Acidi muriatici diluti cocta, addito Hydrosulphureto Ammoniae, nil pulveris brunneo-rubri edat.

SUCCI EXPRESSI.

Vegetabilia exprimenda recentia vel conservata adhuc sat succulenta sint, quae pauca Aqua, leviter lavando, munda.

Contunde in mortario lapideo vel ligneo; aut, si rite contundi recusent, super frictorio raspa. Comminuta prelo, laminis ligneis praedito, exprime.

Succos expressos per linteum cola, sed nunquam injussus defaeca.

Semper ex tempore parentur, qui facile acescunt. Acidi ipsi nunquam longius prostent.

SUCCINAS AMMONIAE.

✽ Subcarbonatis Ammoniae pyro-oleosi, quantum vis. Vasi vitreo ingestum, satura Acido succinico, in Aquae bullientis partibus tribus soluto. Liquorem saturatum filtra, et in vase eodem calore 30° usque 40° ad punctum crystallisationis evapora. Crystallos, iterata evaporatione obtentas et siccatas, in vitris clausis, prae luce munitas, serva.

Referant rhombos aut prismata quatuor laterum, coloris lucide brunnei; ad aërem persistentes; odoris vix ullius; saporis salsi. Igne primum linquentur, et dein penitus sub forma vaporis albi avolent. Solvantur in duabus partibus Aquae 14°, una bullientis et in quatuor partibus Alcoholis bullientis.

SUCCINAS AMMONIAE LIQUIDUS. Spiritus

Cornu Cervi succinatus O.

✽ Subcarbonatis Ammoniae pyro-oleosi li-

quidi partes quatuor. In vase vitreo satura Acido succinico pulverato, cujus circiter parte una opus erit. Liquorem saturatum filtra, et serva in vitris, epistomiis vitreis clausis, luci subtractum.

• Sit flavescens, opalescens, recens non, uti aëris et lucis influxu solum post aliquod tempus fit, brunnescens; gravitatis specificae 1,110; odore Oleo aethereo animali praevalente, partim succinico; sapore salso, quidquam pungente, empyreumatico. Colorem Chartae Curcumae non permutet. Calore 30° usque 40° evaporatus, salem relinquat, qui, ulterius calefactus, penitus, spargendo odorem horum Oleorum, avolet. Admixtis tribus partibus Alcoholis, nullum Sedimentum deponat, sed, addito Muriate Oxidi Ferri liquido, praecipitatum floccosum brunneum abunde decidat.

Poterit etiam ex tempore parari, solvendo partem unam Succinatis Ammoniae in tribus partibus Aquae. Utroque modo confectus, non longiore tempore prostet.

SUCCUS CITRI.

Exprime ex tempore e Baccis Citri medicae sat maturis et recentibus, demtis corticibus et seminibus.

Recens sit turbidus; subflavescens; Aqua gravior; odoris aciduli amoeni; saporis intense acidi pungentis grati.

SUFFITUS OXIMURIATICUS vel Chlorini.

• Acidi sulphurici concentrati, cum duabus partibus Aquae diluti, partes tres. Refrigerata infunde vasi porcellano aut vitreo plano, ad calorem 50° usque 60° redacto. Sensim adde miscellam, ex parte una Oxidi Manganis pulverati et Muriatum Sodae decrepitati partibus quatuor paratam, expectando quavis vice, donec nulli amplius vapores evolvantur.

Aër, effluviis organicis, praecipue hominum aegrorum corruptus, attamen adhuc spirabilis

cubilis, quinquaginta pedes cubicos tenentis, adhibita uncia dimidia Acidi sulphurici depurari, potest; ast pro diversa indole et copia horum effluviolorum semel de die instituenda, aut de novo eodem temporis spatio repetenda erit.

Suffitus nitricus seu Fumigatio Smithiana nunquam, Aëri, taliter pessumdato, corrigendo, sufficit; quoniam Acidum nitricum per se Gas non sistit, inde ab Aëre non sat recipitur, et, si nimio calore evolvi tentatur, decomponitur.

SULPHAS ALUMINAE ET POTASSAE ACIDU-

LUS DEPURATUS. Alumen depuratum O.

R. Hujus Sulphatis crudi partem unam, pulveratum ingere vasi terreo vitreato, ac solve in Aquae bullientis partibus tribus. Solutionem fermentem cola, et loco frigido spathula lignea saepius, donec integre refrixerit, agita. Praecipitatum depositum una cum lixivio linteo infunde, ac, exprimendo separatum, super linteo expansum, sicca, et serva in vitris clausis. Lixivium remanens ad crystallisationem redige, et crystallos, utpote impuras, loco Sulphatis Aluminae et Potassae aciduli crudi adhibe.

Esto pulvis subcrystallinus; candidus, nitens; attactus rudioris; saporis crudi hujus Sulphatis, cujus instar liquores, Acidum Gallarum vel Principium tannicum tenentes, non obfuscet, neque, Aqua solutus, addito Borussiate Potassae et Oxiduli Ferri, indicia Ferri aut Cupri monstret.

SULPHAS ALUMINAE ET POTASSAE ACIDU-

LUS USTUS. Alumen ustum O.

Ure hunc Sulphatem crudum in olla fictili, non vitreata, aut crucibulo terreo pari, sufficientis ambitus, donec in massam sat spongiosam abierit.

Sit candidus; levis, rarus; summe friabilis; hoc Sulphate crudo austerior, aëris influxu immutabilis. Chartam Laccæ Musci madefactam colore in-

tense rubro tingat, ac solvatur in quadraginta partibus Aquae calore 14° et sex bullientis, etsi in priori solum lente, nec in ultima facile.

SULPHAS CUPRI. Vitriolum coeruleum O.

℞ Cupri puri lamellati, concisi, partem unam, et Acidi sulphurici concentrati, prius Aquae parte una diluti, partes tres. Misce in cucurbita ampla, quam balneo arenae ita impone, ut vapores sulphurosi ductu fornacis eliminari possint, et coque, donec horum nulli amplius evolantur. Residuum solve in duplo pondere Aquae. Solutionem, adhuc calentem, filtratam, crystallisationi loco frigido in vase porcellaneo committe. Lixivium decantatum in pari vase, evaporando et refrigerando, iteratim in crystallos, quamdiu purae prodeunt, redige, quas insimul inter chartas emporeticas sicca, ac serva in vitris, bene clausis.

Referat prismata hexagona compressa, utrinque oblique et parallele truncata, aut rhomboëdra; utraque cyanea; pellucida; gravitatis specificae 2.194; aëri sicci influxu pulvere e viridi albescente obtegenda; saporis primum styptici, dein metallico-nauseosi. Solvantur calore 14° in quatuor partibus Aquae et duabus bullientis. Solutio, addita Ammonia pura liquida, ab initio sedimentum virens deponat, quod vero ab Ammonia exuberante resolvatur, liquore remanente saturate cyaneo.

SULPHAS CUPRI ALUMINOSUS, loco Lapidis divini Yvesii.

℞ Sulphatis Cupri, Sulphatis Aluminae et Potassae aciduli depurati, utriusque partem unam. In crucibulo terreo fusis et parum refrigeratis, admisce Camphorae, ope paxilli Alcoholis diluti pulveratae, partis unius trigesimam cum dimidia. Miscellam refrigeratam pulvera, et serva in vitris, epistomis vitreis probe clausis.

Sit albo-coerulescens; odoris camphorati insignis; saporis styptici metallici aciduli nauseosi. Solutio

partis unius ejus in sedecim partibus Aquae destillatae sit coeruleo-virens, pellucens, et solum parcum sedimentum deponat.

SULPHAS CUPRI ET AMMONIAE. Cuprum ammoniacale O.

℞ Sulphatis Cupri partem unam, in vase vitreo pulverato, adde paulatim Ammoniae purae liquidae partes quatuor, miscellam saepius bacillo vitreo agitando. Solutioni clarae adde Alcoholis partes decem, pulvem, linteo involutam, probe exprime, ac residuum statim loco umbroso calore, 20° non excedente, inter chartas emporéticas, frequentius renovandas, desiccatum, serva in vitris, paribus epistomiis muniendis, prae luce munitum, uti veneficum.

Esto pulvis subcrystallinus; coloris lapidis Lazuli; aënis influxu primum pallescens, postea virens; tactus farinosi; odoris ammoniacalis debilitatis; saporis ab initio similis, tum styptici metallici nauseosi. Solvatur calore 14° in parte una cum dimidia Aquae. Ab Aquâ bulliente aut frigida, ultra triginta partium rationem addita, decomponitur. Solutio sit laete cyanea clara, nec cum Acidis effervescat.

SULPHAS MAGNESIAE PURUS. Sal amarus seu anglicus depuratus O.

℞ Sulphatis Magnesiaë venalis partem unam. Solve, lebeti stanneo immisum, in Aquae communis bullientis parte aequali. Solutionem ferventem cola per linteum arctioris texturae in vas terreum vitreatum aut ligneum, et, frequentius spatula lignea versando, refrigera. Post viginti quatuor horas infunde illam una cum crystallis linteo expanso, ac hasce separa. Lixivium remanens, quamdiu puras crystallos largitur, iteratim, et quavis vice ad medietatem evapora. Crystallos omnes sicca calore 15° usque 20°, et serva in vase clausis.

Reagentibus nec Metalla nec Muriates prodant.

SULPHAS OXIDULI FERRI. Vitriolum Martis factitium O.

℞ Ferri puri comminuti partes duas. Cucurbitae amplae, balneo arenae impositae, ingestis, paulatim adde miscellam, e partibus tribus Acidi sulphurici concentrati et Aquae communis partibus duodecim confectam. Evolutione Gas Hydrogenii finita, ignem applica, et auge, donec ebulliat lixivium, quod, adhuc quidquam calens, filtra, et in vase porcellaneo per viginti quatuor horas frigori expone. A crystallis decantatum, in vase ferreo iteratim ad punctum crystallisationis evapora, et postea frigori committe, quamdiu crystalli ex illo secedunt. Has inter chartas emporeticas, saepius mutandas, cito desicca, et serva loco frigido in vitris, bene clausis, prae luce defensas.

Exhibeant prismata rhomboica; gravitatis specificae 1,839; viroris smaragdini; diaphana. Aëris influxu obteguntur pulvere primum albo; dein rubro-flavente. Saporis sunt e dulci styptici metallici nauseosi. Solvantur in duabus partibus Aquae calore 14°, et tribus quadrantibus bullientis, non vero in Alcohole. Solutio laminam Ferri puri non mutet.

SULPHAS POTASSAE DEPURATUS. Tartarus vitriolatus, Arcanum duplicatum O.

Si venalis debita puritate non gauderet, sequenti modo depurandus foret:

℞ Sulphatis Potassae talis partem unam, et solve in Aquae bullientis partibus quinque. Solutionem filtratam sepone loco frigido in vase terreo vitreato, et, crystallis depositis, decantatam, saepius et quavis vice, donec cuticula salina obducatur, evapora, ac alternatim refrigera, quamdiu puras crystallos largitur, quas siccatas serva.

SULPHAS SODAE. Sal mirabilis Glauberi.

Hunc, si venali puritas necessaria deficeret, ratione subsequenti depura:

℞ Sulphatis Sodae impuri partem unam. Aethero stanneo immissum, solve coquendo in pari pondere Aquae bullientis. Solutionem, fervide filtratam, in vase terreo vitreato loco frigido crystallisationi commissam, et, hac peracta, decantatam, iteratim evapora, et alternatim refrigera, quamdiu debitae indolis crystallos largitur, quas, loco frigido desiccatas, serva in vasis clausis.

SULPHAS SODAE EXSICCATUS. Sal mirabilis Glauberi siccatus vel dilapsus O.

℞ Sulphatis Sodae, quantum libet. In pulverem contritum, expande super planum quaecunque purum calore 20° usque 50°, donec in pulverem fere inpalpabilem dilapsus sit. Tum per cribrum trajice, et serva in vasis tectis.

Sit nivei candoris; saporis calefacientis salsi amari; aëris attacku immutabilis. Pari pondere Aquae affuso, post aliquot horas abeat in massam salinam solidam. Solvatur in quatuor partibus Aquae calore 14° et duabus ferventis, ac ceteroquin se habeat, ut crystallinus. Quadraginta quatuor partes hujus Sulphatis exsiccati a centum partibus crystallini tenore salino aequantur.

SULPHAS ZINCI. Vitriolum album O.

℞ Zinci puri comminuti partes tres. Vasi vitreo ingestum, solve sensim in Acidi sulphurici concentrati, cum viginti partibus Aquae communis diluti, partibus quatuor ita, ut aliquid Zinci insolutum remaneat. Solutionem, in balneo arenae ad 30° usque 40° calefactam, adhuc calentem, filtra in vas porcellaneum, ad punctum crystallisationis evapora, et, hoc impetrato, per viginti quatuor horas loco frigido sepone. Lixivium, a crystallis decantatum, pari modo, quamdiu interest, tracta, hasce omnes calore 15° usque 20° sicca, et serva in vasis clausis.

Referat prismata tetragona, subcompressa, pyramidibus totidem laterum acuminata; hyalina; gravi-

gatis specificae 1,012; saporis acidulo-styptici, nau-
seosi; aëris sicci tactu pedetentim fatiscens; in
Alcohole neutiquam, in Aquae partibus duabus
cum dimidia calore 14°, et una bullientis solubilia.
E solutione illorum Ammonia pura liquida primum
sedimentum floccosum album eliminat; sed, ultra
punctum saturationis affusa, hoc penitus resol-
vat; nunquam inde colore coeruleo a Cupro contento
solutio tingatur, aut sedimentum rufescens ob Fer-
rum contentum edat. Borussias Potassae et Oxiduli
Ferri praecipitatum album ex illa praecipitet.

SULPHUR DEPURATUM. Flores Sulphuris loti O.

ꝫ Sulphuris sublimati, quantum libet. Vasi
terreo vitreato ingesto, affunde, continuo ope ba-
cilli lignei agitato, tantum Aquae communis, ut
miscella pastae spissitudinem recipiat, quam Aqua
fervida repetitis vicibus edulcora, donec haec nul-
lum amplius vestigium Acidi sulphurici edat. Aqua
colando separata, Sulphur exsicca, per cribrum
trajice, et serva.

Sit pulvis subtilis; flavedinis propriae, illa venalis
pallidioris; inodorus, insipidus; aëris influxu non
humescens; nec Chartam Laccæ Musci madefac-
tam rubre tingens; sine residuo combustibilis.

SULPHUR PRAECIPITATUM. Lac Sulphuris O.

ꝫ Potassae purae liquidae partes tres. Ahe-
no ferreo mundo ingesta, ebulliat, et tum in illa
Sulphuris sublimati partem unam solve. Solutione
peracta, liquorem novem partibus Aquae, prius
coctae, dilue, et in vase vitreo tecto per viginti
quatuor horas loco frigido relinque. Dein filtra-
ndo in vas vitreum aut terreum vitreatum vel, pro-
stante majori liquidi copia, in ligneum, effunde, ac
sub perpetua agitatione ope bacilli lignei Acidum
sulphuricum venale dilutum adde, donec nullum
amplius Sulphur praecipitetur. Hoc, filtro im-
missum ac iteratim Aqua calida edulcoratum,
sicca calore 30° usque 40°.

Est pulvis flavente-albidus; valde rarus; levis; Amyli instar palpandus; compressus non amplius crepitans; inodorus, insipidus; aeri, aquae et igni expositus, se Sulphuris depurati modo gerens. In vase clauso liquatus, in Sulphur depuratum abit, secedente simul inconsiderabili quantitate Aquae. In Potassa pura liquida sit omnis solubilis.

SULPHURETUM CALCARIAE. Hepar Sulphuris calcareum O.

Hydratis Calcariae et Sulphuris depurati, utriusque par pondus, sed libras duas in toto non excedens, ut eo aequabilius candeat. Intime mixta, sat impinge crucibulo terreo, ac, hoc cooperto et argilla humida clauso, ita exaestua, ut totum per aliquot minuta debiliter rutilo excandescat. Sulphuretum, in crucibulo refrigeratum, statimingere vitris, epistomiis vitreis probe claudendis.

Sit arenuloso-pulverulentum; flaviusculo-album; siccum; madefactum odoris Acidi hydrothionici; inde saporis similis, subcaustici. Aëris influxu mox decomponitur. In Aqua bulliente difficulter et solum ex parte solvatur, solutione flavescente, odoris et saporis dicti. Acidis additis, hydrothionicum valde redoleat.

SULPHURETUM CALCARIAE ET STIBII. Calx Antimonii Hoffmanni.

Sulphureti Stibii laevigati, Sulphuris sublimati, utriusque partem unam, Hydratis Calcariae partes quatuor. Mixta impinge crucibulo terreo, quod, imposito operculo, Argilla humida occlude. Igne, pedetentim aucto, miscella per horae quadrantem excandeat. Pulverem, crucibulo refrigerato statim exemptum, moxingere vitris, non nimis magnis, epistomiis vitreis probe obturandis.

Sit pulvis subtilis; flavo-brunnescens; parum odoratus; saporis, hepatici vocati, simul metallici. Aëris influxu obscurius rubescens, sensim decomponitur et tandem, additis Acidis, nullum hydro-

Chionicum amplius eructat. In Aqua calore 14° parum, et solum in quinquaginta bullientis solvitur, solutione leviter citrina clara; instillatis Acidis, sedimentum floccosum rubens deponente.

SULPHURETUM HYDRARGYRI ET STIBII.

Aethiops antimonialis O.

¶ Sulphureti Hydrargyri nigri et Sulphureti Stibii laevigati partes aequales. Intime conterendo mixta, serva in vitris, probe claudendis.

Esto pulvis niger, velutinus; inodorus; insipidus; in Aqua et Alcohole insolubilis. Ferri puri limati pari pondere addito, excandefactus, Hydrargyro metallice sublimato, Stibium metallicum et Sulphuretum Ferri relinquat.

SULPHURETUM HYDRARGYRI NIGRUM. Aethiops mineralis O.

¶ Sulphuris depurati partem unam. Vasi terreo vitreato vel faventino ingestum, ac obtectum, liqua leni igne. Dein adde Hydrargyri puri, prius in cochleari ferreo calefacti, par pondus, miscellam continue bacillo terreo versando, donec aequabiliter nigrescat. Refrigeratam laeviga, et in vitris, bene clausis, serva.

Esto nigredinis velutinae; alcoholisatus etiam oculo armato nullos globulos metallicos monstret. In Aqua sit insolubilis; igni leniori expositus, flammam coeruleam edens, deflagret, et fortiori omnis sublimetur.

SULPHURETUM HYDRARGYRI RUBRUM. Cinnabaris artificialis O.

Si venale non satageret, methodo sequenti para:

¶ Sulphuris sublimati partem unam. Vasi terreo vitreato, non nimis alto, fundo plano instructo, ingestum et obtectum liqua leni igne. Liqutato paullatim adde Hydrargyri puri, in cochleari ferreo calefacti, partes septem cum una quinta, mis-

cellam continue bacillo terreo agitando. Non amplius lucentem, sed nigrescentem, in frustula diffringe, et phialis fundi plani ingestam, igne sensim aucto, omnem sublima. Sublimatum laevigatum conserva in vitris, paribus epistomiis munitis.

SULPHURETUM POTASSAE. Hepar Sulphuris alcalinum seu salinum O.

℞ Sulphuris sublimati partes tres, Subcarbonatis Potassae, bene siccati, calefacti et pulverati, quatuor. Intime mixta,ingere crucibulo terreo, illis non ultra duas tertias partes sui voluminis implendo. Leni igne in pulvem tenuem liqua, quam, si non amplius spumat, et portiuncula exenta in quatuor partibus Aquae destillatae tota solvitur, in mortarium ferreum, prius calefactum et dein obtegendum, effunde. Massam semirefrigeratam, in frustula redactam, statim ingere vitro sicco, probe claudendo.

Recens sit obscure hepaticum, aëris tactu mox virescat. Fracturae sit conchoideo-resinosae; siccum inodorum; saporis primum dulciusculi, postea alcalini acris nauseosi, tandem amari. Aëri expositum, liquatur. Igne facile fundendum, sub rutila excandescencia decomponitur. Solvatur penitus in duabus partibus Aquae calore 14°, et usque fervidae. Sulphur coquendo non ultra resolvat.

SYRUPUS.

¶ Para eos in vasis stanneis aut cupreis, stanno obductis, pro ratione corporum e decoctis, infusis frigidis vel fervidis, succis recentibus vel fermentatis aut simplici solutione, prout de singulis praescriptum est.

Copiam Sacchari addendi, pro plerisque, relate ad ingredientia liquida, partem unam cum dimidia aut partes duas constituentem, aequae juxta singulas

praescriptiones adhibe. In frustulis additum, in genere in liquido una aut altera levi ebullitione, aut, si in specie jussum est, frigide solve.

Solutione peracta, Syrupos per pannos laneos in vasa terrea vitreata cola, et, penitus refrigeratos,ingere vitris aut lagenis terreis vitreatis, subere aut papyro exacte claudendis, loco, 10^o calore non excedente, servandos. In genere non ultra annum, ac nonnulli solum breviter, prostent.

Sint coloris liquidorum ingredientium, et quidem sat saturati; paucis exceptis, clari; addita una et dimidia parte Saccharini parati, circiter gravitatis specificae 1,250. ope duarum confecti, saltem 1,300. Consistentia illis talis sit, ut de margine vasis inclinati minor copia profluentes, lente et plerique, in fila ducti, stillent. Parcisi excipiendis, non nisi vetustiores, crystallos, nunquam vero alia sedimenta demittant. Sint odoris et saporis ingredientium proprii et modo praeparationis respondentis, ultimi sat saccharini.

SYRUPUS ALTHAEAE.

℞ Radicum Althaeae, minutim concisarum, partem unam, coque in viginti octo partibus Aquae ad remanentiam partium viginti quatuor, et para ex colatura, additis triginta sex partibus Sacchari, Syrupum.

Sit sat mucilaginosus, subflavens, opalescens.

SYRUPUS AMYGDALINUS, emulsivus O.

℞ Amygdalarum amararum partem unam, et dulcium partes novem. Decorticatas contunde in mortario lapideo vel aurichalceo, additis partibus decem Sacchari, sensim affundendo Aquae communis partes quadraginta quatuor. Solve in colatura, calore 40^o non superante, Sacchari pulverati partes quinquaginta.

Sit flavo-albidi spurci coloris et subopacus. Sistat, additis partibus sex Aquae communis, emulsionem candidam opacam.

SYRUPUS BERBERIS. S. Berberum O.

℞ Baccarum Berberis, quantum libet. In mortario ligneo pari pistillo contusae, stent per triduum calore circiter 20°. Para ex parte una succi, per pannum linteum levi expressione colati ac quiete defaecati, additis partibus duabus Sacchari, Syrupum.

Sit rubellus; saporis non solum grate aciduli, sed et subausteri.

SYRUPUS CERASORUM ACIDORUM.

℞ Harum Druparum, quantum vis. Comprime in pulpam, quin nuces diffingas, quam calore circiter 20° fermentationi alcoholicae committe. Post biduum succum colando exprime, ex quo, quiete defaecato, confice cum parte una ac dimidia Syrupum.

Esto brunneo-ruber.

SYRUPUS CHINAE FUSCAE. S. Corticis peruviani O.

℞ Corticis Chinae fusci, ruditer contusi, partem unam. Coque in Aquae communis partibus duodecim, donec octo remaneant. E decocto, fervide colato, statim para, additis sedecim partibus Sacchari Syrupum, quem, adhuc calentem, cola.

Sit flavo-brunneus, subopacus.

SYRUPUS CINNAMOMI.

℞ Libri Cinnamomi, Sacchari, variusque partem unam. Invicem ruditer pulveratis, affunde Vini aciduli partes duodecim, et digere calore 30° usque 40° per duodecim horas. In colaturae parte una solve Sacchari partem unam cum dimidia.

Sit rubello-brunneus; sapore, ex parte saccharino proprio, insignis.

SYRUPUS CORTICUM AURANTIORUM.

℞ Flavedinis corticum Aurantium siccatorum partem unam. Macera in Vini aciduli parti-

bus duodecim per totidem horas, et para e liquore, levi expressione colato, Syrupum, ut de Cinnamomo.

Sit rubro-brunneus, clarus.

SYRUPUS MANNAE.

Solve Mannae electae partem unam in Aquae communis frigidae partibus quatuor, cola, et para ex colatura, addita, relate ad suum pondus, parte una cum dimidia Sacchari, unica ebullitione Syrupum.

Sit lucide brunneus.

SYRUPUS MESEMBRYANTHEMI CRYSTALLINI.

Para cum e parte una succi, ex herba recenti expressi, ebulliendo defaecati et despumati, ac parte una cum dimidia Sacchari.

Sit subturbidus, viridescens.

SYRUPUS PAPAVERIS RHOEADOS.

R Petalorum recentium ejus partem unam. Aquae bullientis partibus quatuor infusa, stent calore 14° per duodecim horas. E colaturae, leviter expressae, parte una confice cum Sacchari partibus duabus Syrupum.

Sit coccineo-violascens; odoris graviusculi; saporis, etsi non ingrati, tamen subsimilis.

SYRUPUS PAPAVERIS SOMNIFERI. Syrupus Papaveris albi O., loco Syrupi Diacodii.

R Capsularum hujus Papaveris immaturarum, a seminibus depuratorum et ruditer contusarum, partes tres. Aquae fervidae partibus quindecim infusas, digere per duodecim horas calore 30° usque 40°. E colaturae, fortiter expressae, parte una para cum Sacchari partibus duabus Syrupum.

Sit lucide flaviusculus; fere inodorus; saporis e dulci amariusculi.

SYRUPUS RHEI.

℞ Radicis Rhei, minutim concisae, partem unam. Aquae fervidae partibus duodecim infusam, digere per duodecim horas calore 50° usque 40°, et para ex parte una cum Sacchari partibus duabus Syrupum.

Sit flavo-brunneus, et sat flavo depingat.

SYRUPUS RIBIS RUBRI. Syrupus Ribium O.

Para e baccis, ut Syrupum Berberis.

Sit pallide rubellus.

SYRUPUS RUBI IDAEL.

Para ex ejus baccis, sicut S. Berberis.

Sit saturate purpurascente-coccineus.

SYRUPUS SACCHARINUS. Syrupus simplex O.

Para ex parte una Aquae communis et duabus Sacchari.

Sit fere incolor.

SYRUPUS SACCHARINUS CUM AQUA NAPHAEE, loco S. Capillorum Veneris O.

Para, addendo saccharino, nondum refrigerato, quoad quantitatem Aquae adhibitae decimam partem Aquae Naphae.

Parum opalescat.

SYRUPUS SENNAE ROSACEUS, loco Syrupi Rosarum solutivi O.

℞ Petalorum Rosae centifoliae partem unam, foliorum Cassiae lanceolatae partes duas. Concisa et Aquae communis fervidae partibus quadraginta octo infusa, digere calore 30° usque 40° per dimidiam horam. E colaturae expressae parte una para cum partibus duabus Sacchari Syrupum.

Sit rubro-brunneus.

SYRUPUS SUCCI CITRI. S. Acetositatis Citri O.

Para ex parte una Succo Baccarum Citri me-

ore,
inna-

quae
para
parte
Sy-

LLI-

centi
, ac

nam.
t ca-
viter
arti-

oris,

pus
i.

um,
um,
cim
us-
arte
um.
ulci

dicae, per viginti quatuor horas quieti commissi et per pannum laneum colati, ac duabus partibus Sacchari.

Esto lucide flaviusculus.

SYRUPUS VIOLAE ODORATAE. Syrupus Violarum O.

℞ Petalorum recentium ejus partem unam, Aquae destillatae ferventis partibus tribus in vase stanneo infusa, stent per duodecim horas calore 14°. E colaturae, leviter expressae, parte una para cum partibus duabus Sacchari pulverati, in illa calore 30° usque 40° solvendi, Syrupum.

Sit saturate violaceus.

TARTRAS OXIDULI STIBII ET POTASSAE.

Oxiduli Tartarus emeticus seu stibiatus O.

℞ Oxiduli Stibii vitrei alcoholisati partes tres, Tartratis Potassae aciduli, depurati et alcoholisati, partes quatuor ac Aquae communis octo. Miscellam agita in vase terreo, bene vitreato plano, balneo arenae imposito, ope agitaculi e ligno albiore confecti. Versata ebulliant, Aquam evaporantem semper renovando, donec portiuocata lixivii, exemta et cum quatuordecim partibus Aquae destillatae frigidae diluta, nullum amplius sedimentum album deponat. Tum effunde pulvem in vas terreum, bene vitreatum, aut cupreum mundum, stanno non obductum, cui prius viginti quatuor partes Aquae bullientis ingesseris. Brevi ebullitione peracta, lixivium, adhuc fervens, per chartam emporeticam, linteo impositam, filtra in vas simile, atque residuum super filtro parte una Aquae destillatae ferventis edulcora. Lixivium calore 20° usque 25° per viginti quatuor horas crystallisationi committe, et, a crystallis decantatum, in pari vase ad medietatem evaporatum, denuo refrigera, ut crystallos praecipitet, id, quod altera vice repete. Crystallos collectas solve in quatuor parti-

bus Aquae bullientis, et solutionem calore 20° usque 25° per viginti quatuor horas crystallisationis processui relinque. Crystallos inter chartas emporeticas sicca, et e residuo lixivio illas ulterius, quamdiu purae prodeunt, elice; si vero parum harum largitur, aut flavescit, hoc rejice. Omnes, primarum instar siccatas, cum illis insimul in pulverem aequabilem tere, et serva in vitris, bene clausis.

Referant tetraëdra vel octaëdra, ultima ad angulos basium pyramidalium truncata; hyalina; aëris influxu vix fatiscentia, sed splendorem encausticum contrahentia; trita penitus candida; saporis non insignis metallico-nauseosiq; in minori quantitate Aquae ac partibus quindecim calore 14° solubilia, neque duabus integris partibus fervidae pro solutione indigentia. Solutio sit hyalina. Decoctum Laccæ Musci levi rubore imbuat, et, addito Hydro-sulphureto Ammoniacæ liquido, Sulphuretum Oxiduli Stibii sulphuratum abunde demittat.

TARTRAS POTASSAE. Tartarus tartarizatus O.

R. Subcarbonatis Potassae partem unam. Vasi stanneo ingestum, solve in Aquae ferventis partibus octo. Solutioni sensim adde pulveris Tartratis Potassae aciduli depurati, quantum ad perfectam saturationem requiritur. Lixivium, ebulliendo ad dimidium inspissatum, loco frigido per viginti quatuor horas sepone, filtra, ac pari calore evapora in grumos, adhuc subhumidos, quos in vase porcellaneo calore 60° usque 70°, saepius versando, exsicca. Siccatos in pulverem redige, illico vitris, bene claudendis, ingerendum.

Licet etiam Tartratem Potassae, qui de praeparatione Acidi tartarici ope Calcarei Cretae remanet; adhibere, tractando lixivium, illum in se gerens, eadem methodo.

Sit pulvis albus; opacus; saporis leviter salini sub-amari; aëris humidatam quidquam attrahens, ast inde non diffluens; in tribus partibus Aquae, calo-

cre 14°, et una ferventis totus solubilis, solutione neutra, fere ab omnibus Acidis decomponenda, et tum Tartratem Potassae acidulum emittente. Praecipitatum album pulverulentum, quod Murias Barytae et Nitras Argenti ex illa eliminant, ab Acido nitrico resolvatur. A Borussiate Potassae et Oxiduli Ferri haec solutio non turbetur.

TARTRAS POTASSAE BORAXATUS. Cremor Tartari solubilis O.

℞ Subboratis Sodae depurati partem unam. Vasi stanneo ingestum, solve in Aquae bullientis partibus octo, et tum adde pulveris Tartratis Potassae aciduli partes tres. Hoc soluto, lixivium in vase porcellaneo loco frigido per viginti quatuor horas sepone; dein, in simile vas planum filtratum, in balneo arenae calore, 80° non superante, in grumos fragiles exsicca. Serva in vitris, epistomiis vitreis clausis, loco sicco, et solum ex tempore, calefactos, in pulverem redige.

Sint aspectus gummosi; subflavescentes; subpellucidi; triti albiusculi; friabiles; fracturae vitreae; saporis sat acidi non ingrati. Aëris tactu mox diffuant, calore 14° cum pari pondere Aquae solutionem, primum subturbidam flaviusculam, mox claram sistant, quae, addito Borussiate Potassae et Oxiduli Ferri liquido, nil Cupri aut Stanni contenti indicet.

TARTRAS POTASSAE ET OXIDI FERRI. Globuli martiales O.

℞ Ferri puri limati partem unam, ac Tartratis Potassae aciduli depurati et pulverati partes quatuor. Redige in vase plano terreo vitreato, additis tribus partibus Aquae bullientis, ope spatulae ferreae in pulvem, in ac balneo arenae calore 60° usque 70°, saepius versando, exsicca. Addita denuo sufficiente Aquae bullientis copia, miscellam, in pulvem formatam, iteratim exsicca, donec aequabilis, nigra, tenax, pastacea ac in partibus

sex usque octo Aquae destillatae, sine residuo pulvere albo aut metallico, solubilis devenerit. Calore praescripto inspissa ad consistentiam extractorum tertii gradus, et, adhuc calidam, forma in globulos, unciam ponderantes, quos calore 15° usque 20° penitus sicca.

Sint ultra subsplendidi; fracturae conchoideae cereo-splendentis; parum porosi. Aeris humidi influxu quidquam Aquae attrahunt. Calore 14° toti in quatuor partibus Aquae ac in duabus bullientis solvantur, solutione nigra opaca.

TARTRAS POTASSAE ET SODAE. Sal polychrestus Seignetti, Tartarus natronatus O.

℞ Subcarbonatis Sodae crystallini partem unam. Vasi stanneo ingestum, solve in octo partibus Aquae fervidae. Solutioni bullienti sensim adde Tartratis Potassae aciduli depurati et pulverati, quantum ad Sodam saturandam sufficit. Lixivium, per viginti quatuor horas loco frigido sepositum, filtra, et in pari vase ad punctum crystallisationis evapora, ad quam in vase faventino frigore et dein reiterata evaporatione redige, quamdiu debitas crystallos largitur. Inter chartas emporéticas siccatas, serva in vitris clausis.

Referat prismata quatuor vel octo laterum, saepius longitudinaliter fissa; hyalina; conspicua; saporis salis ingrati; solum tardius fatiscentia; penitus in partibus duabus Aquae cum dimidia calore 14° et una bullientis solubilia, solutione ab Acidis plurimis decomponenda, quae versus reagentia se habeant, ut Tartras Potassae acidulus purus.

TROCHISCI IPECACUANHAE.

℞ Radicis Cephaëlis Ipecacuanhae, recenter alcoholisatae, partem unam, Sacchari pulverati partes sexaginta. Redige cum Mucilagine Gummi Tragacantae in pastam, ex cujus qualibet drach-

ma forma Trochiscorum decem. Calore, 30° non exuberante, siccatas, serva in vitris, probe clausis.

Sint albidī; miscellae aequabilis; saporis Ipecacuanhae, mucilaginoso mitigati. Quisque decimam partem grani unius pulveris Ipecacuanhae tenet.

U N G U E N T A.

Praeparatis, huc revocandis, triplex consistentiae gradus est, juxta quem nomine Linimentorum, Unguentorum, vulgo sic dictorum, aut Ceratorum veniunt.

Unguenta primi gradus sint fluida, Oleis pinguibus quidquam spissiora, aut ex parte pastaceo-grumulosa.

Secundi gradus sunt, quae crassitie Mel spissum aemulantur.

Tertio accensentur, quae Sebo ovillo paria, aut quidquam crassiora sunt.

Unguenta primi gradus, frigide paranda, in mortariis vitreis aut vasis terreis vitreatis agitaculis ligneis conficias. Quae fundendo formare oportet, in vasis stanneis aut cupreis, stanno obductis, fundi plani, exceptis illis, quae in stannum agere possent, fiant. Calor pro fundendis et miscendis ingredientibus nunquam 80° excedat. Corpora, tali calore volatilia aut reapse permutanda, solum miscellae plus refrigerataeingere.

Corpora excipienda, quae, uti solida, Unguentis admixta manent, prius exacte pulvera; dicto calore vero fundenda, antea comminuta, excipientibus colliquando admisce.

Miscellam sub ingestione corporum horum aut sub simultanea omnium ingredientium colliquatione agitaculis ligneis agita, donec refrixerint. Pro

Unguentis acidis, haec adgredientibus, vitreis utere.

Unguenta, quae de vegetabilibus recentibus vel Succis eorum parantur, igni exponere, donec fere omnes partes aquosae consumtae sint.

Si ingredientia in miscellam sat aequabilem et puram redigere non licet, unguentum, adhuc calidum, per linteum arctioris texturae cola.

Serva in vasis terreis vitreatis, papyro bene clausis, loco frigido et sicco; illa primi consistentiae gradus, quae volatiliores partes tenent, in vitris, epistomiis vitreis clausis.

Nunquam ultra annum in genere prostent; quae omni tempore parari possunt, saepius de anno conficias.

Sint consistentiae praescriptae; aequabiliter mixta; odoris et saporis ingredientium pro ratione suae solutionis aut receptionis in illis insignis; a rancore libera.

UNGUENTUM ADIPOCERAE CETORUM. Unguentum Spermatis Ceti O.

Para ex Olei Olivarum partibus quatuor, Adipocerae Cetorum duabus et parte una Ceræ albae, ac effunde in capsulas chartaceas.

Sit album; consistentia a tertio gradu ad illam Ceræ potius accedens, attamen calore cutis humanae facile emolliendum.

UNGUENTUM BALSAMI ET OLEI LARICIS, loco Unguenti digestivi O.

Para ex Ceræ citrinae parte una, addendo liquatae Balsami Laricis et Olei aetherici ejusdem, utriusque partem unam.

Sit melle brunneum, subpellucens; consistentiae secundi gradus spissioris.

UNGUENTUM CANTHARIDUM CEREUM. Un-
guentum epispasticum O.

℞ Pulveris Cantharidum partem unam. In Al-
coholis diluti partibus duabus per viginti quatuor
horas calore, 40° non superante, digestis, adde
Olei amygdalini partes quatuor. Ebulliant, do-
nec Alcohol fere consumptum sit, et calide colatis
admisce Cerae albae partem unam cum dimidia.

Sit albiusculum, et consistentiae tertii gradus.

UNGUENTUM CEREUM. Ceratum simplex O.

Para ex Cerae albae partibus duabus et quin-
que Olei Olivarum, colliquatis.

Sit album, et tertii spissitudinis gradus.

UNGUENTUM CEREUM CURCUMAE, loco Un-
guenti Althaeae O.

℞ Axungiae suillae partes nonaginta sex, ad-
dita parte una pulveris radice Curcumae, cum
partibus duabus Aquae communis mixti, coque,
donec Aqua evaporaverit, et tum admisce Cerae
flavae partes sex.

Sit laete flavum; consistentiae Butyri elixi.

UNGUENTUM HYDRARGYRI, in Off. U. H. cinc-
reum dictum, loco neapolitani Johannis de
Vigo.

℞ Hydrargyri puri partes tres. Exstingue in
mortario lapideo cum duabus partibus Sebi ovilli.
Tum admisce sub continua trituratione Axungiae
suillae partes quatuor, donec in massam aequabi-
lem abierint. Licet etiam Hydrargyro, Sebo ad-
miscendo, addere portiunculam hujus Unguenti,
nondum corrupti, ut Hydrargyrum citius extin-
guatur.

Sit secundi spissitudinis gradus; gravitatis specifica
circiter 1,333; coeruleo-griseum. Papyro nigrae il-
linitum, in strato tenui sub luce intensa nullum

vestigium globulorum metallicorum, nequidem oculo armato, monstret.

UNGUENTUM HYDRARGYRI LOUVRIERII.

℞ Hydrargyri puri partem unam, quam exactissime extingue in mortario lapideo cum pari pondere Axungiae suillae.

Sit priori mollius; miscellae aequabilis; gravitatis specificae incirca 1,330, quam, multo aëre, terendo, sibi admixto, refert; inde, levi calore liquatum, gravitate specifica 1,500 aequans.

UNGUENTUM LAURINO-CAMPHORATUM, loco Unguenti nervini O.

Para ex Sebi ovilli partibus sedecim et Olei aethereo-pinguis Lauri viginti, addendo sub finem Camphorae, in Olei aetherei Juniperi parte una solutae, partes duas.

Sit consistentiae secundi gradus; flavo-virens; odoris validi.

UNGUENTUM LINARIAE.

Para ex herbae Linariae floridae recentis, concisae et contusae, parte una, in Axungiae suillae partibus duabus fere ad consumptionem partium aquosarum ebulliendae.

Recens e flavo virens, mox colorem perdit; odoris sit subnarcotici.

UNGUENTUM NITRICUM. Unguentum pomatum oxigenatum O.

℞ Axungiae suillae partes octo. In vase faventino liquatae, sensim affunde Acidi nitrici partem unam, miscellam super leni igne bacillo vitreo agitando, donec ebullire incipiat. Tum statim igni subtractum, et versando refrigeratum,ingere vasis faventinis, exacte claudendis.

Sit lucide flavum; consistentiae fere Sebi cervini. Aquam lavando Acido nitrico iteratim imbuat.

UNGUENTUM PICIS EMPYREUMATICAE, loco
Unguenti basilici.

℞ Picis empyreumaticae solidae, Resinae Pini fusae, utriusque partem unam. Insinul liquefactis, adde Cerae flavae concisae partem unam, et Olei Olivarum partes tres.

Sit fuscum, consistentia ad tertium gradum accedens; in fila ductile.

***UNGUENTUM RESINAE ELEMI**, loco Balsami
Arcaei.

℞ Resinae Elemi, Sebi ovilli, Axungiae suillae, singulorum partem unam, colliquis sub finem adde Balsami Laricis partem unam.

Sit albo-flavens; crassitudinis tertii gradus; tenax.

UNGUENTUM SABINAE. Ceratum Sabinae O.

℞ Summitatum Sabinae recentium contusarum partes duas. Ebullicant, additis Axungiae suillae partibus quatuor, fere ad evaporationem omnium partium aquosarum. Per linteum expressa, colliqua cum Cerae flavae parte una.

Sit flavo-virens; tertii gradus spissitudinis; odoris fortioris.

UNGUENTUM SUBACETATIS PLUMBI LIQUIDI. Ceratum Saturni O.

Para, admiscendo Unguenti cerei partibus decem partem unam Subacetatis Plumbi liquidi, duabus partibus Aquae destillatae diluti. Praestat ex tempore parari.

Sit albidum; consistentiae secundi gradus.

UNGUENTUM SUBCARBONATIS PLUMBI. Unguentum album simplex O.

Para ex Axungiae suillae partibus duabus, Sebi ovilli parte una, addendo, invicem colliquis, subcarbonatis Plumbi partes duas.

Sit candidum, opacum; consistentiae tertii gradus;
tempore facile spissescens.

UNGUENTUM SULPHURIS, loco Unguenti anti-
psorici O.

Para ex tempore, miscendo partem unam Sul-
phuris depurati cum tribus partibus Arungiae
suillae.

Sit sulphurei coloris; recens secundi spissitudinis
gradus. Mox corrumpitur.

VINUM AURANTIORUM COMPOSITUM, loco
Elixirii visceralis Hoffmanni.

℞ Aurantium immaturorum partes duas,
Flavedinis maturorum partes quatuor. Macera per
triduum in Vini alcoholici partibus triginta sex,
exprimendo cola, et solve Extracti Cascarillae, Gen-
tianae et Trifolii fibrini, singulorum partem unam.
Solutionem, loco frigido per aliquot dies, in vase
clauso, quiete declaratam, decanta, filtrando re-
siduum in vitro clauso, et serva in tali.

Sit brunneo-nigrescens; fere opacum, est non turbu-
lentum; odoris et saporis ingredientium insignis,
ultimi valde perstantis.

VINUM OPII AROMATICUM. Laudanum liqui-
dum Sydenhami, Tinctura Opii crocata O.

℞ Cinnamomi, Caryophyllorum aromatico-
rum, utrorumque ruditer contusorum, partem
unam, Croci concisi partes octo, Opii, mundati,
siccati et comminuti, partes sedecim. Digere ca-
lore, 30° non superante, in Vini alcoholici parti-
bus nonaginta sex in vitro clauso, saepius agitando,
per triduum. Fortiter exprimendo, cola in vitrum,
probe claudendum. Quieti aliquot dierum loco
frigido commisso, Vinum decanta a sedimento,
quod per infundibulum tectum, denuo in Vinum

filtra. Serva in vitris, epistomiis vitreis obtaratis, loco frigido, luci subtractum.

Sit e rubro obscure brunneum, ad marginem vitri fulvum; gravitatis specificae 1,070; crassiusculum; odoris opii praedominantis; saporis aromatico-amari nauseosi. Drachma una ejus tenet, quidquid de granis decem Opii hoc modo extrahi potest.

VINUM RHEI AROMATICUM, loco Tincturae Rhei Darelli.

¶ Seminum Cardamomi minoris partem unam, flavedinis corticum Aurantium partes duas, Rhei partes octo. Concisa et contusa, macera in Vini alcoholici partibus nonaginta sex, saepius agitata, per triduum. Exprimendo cola, ac solve in colatura Extracti Enulae partes duas, et Sacchari duodecim. Post aliquot dies, loco frigido quiete declaratum, decanta, filtrando residuum trans filterum tectum.

Primo turbidum, sensim magis pelluceat. Sit obscure brunneum; ad margines vasis flavescens; gravitatis specificae 1,070; crassiusculum; odore et sapore insigne. A Subcarbonate Potassae tingatur colore Cerasorum acidorum.

VINUM STIBIATUM, loco Vini emetici seu antimoniati Huxhami.

¶ Para, solvendo Tartratem Oxiduli Stibii et Potassae in Vino alcoholica tali ratione, ut hujus quaelibet uncia dimidia granum prioris teneat. Solum parca quantitate prostet; secus Oxiduli Stibii nimium eliminatur.

Sit limpidum; sine sedimento; saporis praeter vinosum submetallici. Addito Acido hydrothionico liquido, Hydrosulphuretum Oxiduli Stibii demittat.

TOMUS SECUNDUS.

PARS II.

DE REAGENTIBUS.

ra-
ful-
m;
ico-
uid
t.
rae
am,
hei
ini
ata,
la-
uo-
de-
ilt-
ob.
gra-
et
stur
au-
Po-
jus
eat.
sti-
no-
qui-

TOMUS SECUNDUS

PARS II

DE REAGENTIBUS

Ac

Aqua
infus
dum
solut
cora
trato
sensi
exce
in cr

Re

ACE

part
stet.

So

ACE

tem

Si

ACETAS BARYTAE.

℞ Muriatis Barytae, in duodecim partibus
Aquae destillatae soluti, partem unam. Vasi vitreo
infuso, instilla Subcarbonatem Ammoniae liqui-
dum, donec nil amplius praecipitet. Sedimentum,
solutione decantata, Aqua destillata probe edul-
cora, tum in pari vase in Acido acetico concen-
trato, aequali pondere Aquae destillatae diluto,
sensim addendo, solve. Lixivium calore, 80° non
excedente, evaporando in vase porcellaneo plano,
in crystallos redige.

Referat acus prismaticas; saporis amari; ad aërem
constantes; in parte una cum una tertia Aquae ca-
lore 14° et una bullientis solubiles. Pars una earum
calore 14° in centum partibus Alcoholis, atque
una cum dimidia in totidem partibus bullientis re-
cipiatur.

ACETAS BARYTAE LIQUIDUS.

Solve partem unam hujus Acetatis in novem
partibus Aquae destillatae. Nunquam longius pro-
statet.

Solutio hyalina, addito Acido hydrothionico liquido
vel Alcohole Gallarum vel Nitrate Argenti liquido,
nil deponat.

Indicat Acidum sulphuricum et Sulphates solutos,
sedimento niveo pulverulento; in Acido nitrico ir-
resolubili.

ACETAS PLUMBI DEPURATUS LIQUIDUS.

Solve Acetatis Plumbi depurati (p. 140.) par-
tem unam in novem Aquae destillatae.

Sit hyalinus.

Indicat Acidum sulphuricum et Sulphates solu-
tos sedimento pulverulento niveo, in Acido nitrico

non resolvendo. Acidum hydrothionicum et Hydrosulphureta soluta praecipitato nigro (Plumbi Sulphureto) monstrat.

ACETAS POTASSAE LIQUIDUS. p. 141.

Indicat Acidum tartaricum, Aqua non ultra punctum solubilitatis Tartratis Potassae aciduli dilutum, praecipitato albo pulverulento-crystallino.

ACIDUM ACETICUM CONCENTRATUM. p. 145.

Servit Alcalibus, inter se pro varia solubilitate et indele salium, cum illo formatorum, distinguendis. Porro, possunt illius ope solutiones corporum, quae ab aliis Acidis oxidatione nimis mutarentur, parari.

ACIDUM ARSENIOSUM LIQUIDUM.

Acidi arseniosi vitrei partem unam. In mortario vitreo in pulverem subtilem tritum, solve ebulliendo in cucurbita vitrea in centum partibus Aquae destillatae, et Solutionem refrigeratam filtra. Sit hyalinum; saporis proprii, etsi mitigati, tamen sub finem acris. Colorem Decocti Laccae Musci parum in rubro-violaceum mutet.

Adhibetur ad tentamina, cum reagentibus comparativa instituenda, sub indagatione corporum, tenoris arsenicalis suspectorum, aut solutionum, e corporibus talibus confectarum.

Addito Acido hydrothionico et quidem melius gasiformi, attamen et liquido, praecipitatum citrino-fulvum deponat. Si illi Hydrosulphuretum Ammoniae liquidum instillatur, hoc Sulphuretum Arsenici in liquore mixto solutum tenetur. Si vero Ammonia pauco Acido muriatico vel sulphurico saturatur, cadit. Addita tanta copia Calcariae purae liquidae, ut haec exuberet, sedimentum album, in Aqua vix solubile, (Arseniitem Calcariae) deponat, quem contra Acidum praedominans solutum teneat. Addito Sulphate Cupri et Ammoniae, hoc Acidum praecipitatum luteo-viride (acanthinum, sic dictum Viride Scheelii) demittat. Omnia haec praecipitata, prunis inspersa, vapores alliaceos spargunt, qui laminae cupreis excepti, his forma ma-

et Hy-
(Plumbi
unctum
n, prae-
p. 145.
e et in-
quendis.
, quae
parari.
n mor-
solve
artibus
i filtra.
tamen
Musci
compa-
m, te-
um, e
melius
nitri-
m Am-
um Ar-
i vero
ico sa-
purae
m, in
ponat,
tene-
oc. Ac-
m, sic
prae-
spar-
a ma-

cularum albarum aut talis pulveris inhaerent. In tubulo vitreo, subtus clauso, addita pari parte Acidi boracici et Carbonis vegetabilis praeparati, excandefactis, metallicum Arsenicum sublimatum parietes tubuli in lamellis tenuibus griseo-albis, metallice splendentibus, obducit. Hae lamellae aëris influxu mox splendorem perdunt, ac pulvere griseo-nigro (Oxidulo Arsenici) teguntur. Hoc Sublimatum, de tubulo abstersum, Acido nitrico solutum, ulterius indagari, aut prunis inspersum, ratione odoris alliacei examinari poterit.

ACIDUM BORAGICUM.

Subboratis Sodae depurati (p. 18.) partes quatuor. Solve, cucurbitae vitreae ingestum, in decem partibus Aquae bullientis, et instilla solutioni, adhuc calenti et frequentius bacillo vitreo agitatae, partem unam Acidi sulphurici concentrati et rectificati. Elixivio, per viginti quatuor horas loco frigido crystallisationi relicto, et a crystallis decantato, reiterata evaporatione ac refrigeratione, reliquum Acidum elice. Crystallos, inter chartas emporeticas siccatas, et vasi vitreo ingestas, denuo in quinque partibus Aquae destillatae bullientis solve, ac pari modo in crystallos, similiter siccandas, redige.

Referat lamellas parvas, albas, splendoras; attactu subpingues; inodoras; saporis debilis amariuscule subacidi; ad aërem constantes; Decoctum Laccæ Musci vix rubedine imbuentes; calore tubuli feruminatorii super prunis in vitrum diaphanum et incoloratum fusiles; calore 14° in viginti partibus Aquae, in quatuor bullientis ac quinque Alcoholis solubiles.

Servit Arsenico, ope Carbonis vegetabilis praeparato, ex Arseniate ac Arseniite Calcariae metallice eliminando, si, cum hisce in pulverem redactum, in vasis clausis candefit.

ACIDUM HYDROTHIONICUM LIQUIDUM. Aqua hydrosulphurata.

R. Sulphuris sublimati partem unam. In mor-

tario ferreo Ferri puri limati partibus duabus contritum,ingere cucurbitae vitreae subtus planae, et, addita parte dimidia Aquae communis, in pulvem redige. Calefiat fere ad ebullitionem, donec nigrescat. Tum cucurbitae ope tubuli vitrei bis incurvi adapta lagenam vitream. Hanc usque centum partibus Aquae destillatae, prius coctae et iterum refrigeratae, ita reple, ut tubuli orificium lagenae fundo immersum sit. Instilla cucurbitae partitis vicibus Acidum sulphuricum dilutum, illam post singulas instillationes rite claudendo, donec miscella nullas amplius bullas edat, ad quem finem duodecim partibus ejus opus erit. Serra Aquam in parvulis vitris, illa penitus implendis, epistomis vitreis claudendis, et loco frigido obscuro, inverse locandis.

Sit hyalinum; odoris et saporis, hepatici vocati, insignis. Decocti Laccae Musci colorem minori quantitate in rubrum mutat; majori additum, extinguit. Cum Subcarbonatibus non effervescat. Indiguit omnia metalla, exceptis Oxidulis Ferri, Cobalti, Niccoli et Manganesii, Acidis mineralibus nupta, et quidem imbuendo solutiones metallicas plerasque colore fusco vel nigro. Solummodo Zincum forma sedimenti albi, Stibium aurantiaci, et Arsenicum citrino-fulvi eliminat, atque Oxidulum Stanni quidem fusco; sed Oxidum ejus luteo-flavo indicat.

ACIDUM MURIATICUM CONCENTRATUM. p. 146.

Adhibetur ad Muriates parandos et hosce a se invicem separandos aut inter se distinguendos.

ACIDUM NITRICUM. p. 147.

Inservit metallis, et inprimis Oxidulis eorum, praecipue Stanno et Stibio, peroxidandis; porro parandis plurimis solutionibus metallorum, alcalium ac terrarum, ut sales, inde nati, ulterius indagari queant.

ACID
tibus
parte
Sit
s
ACID
gere
Aqua
carbo
tamd
stillat
Liqu
desti
calor
pulve
rati,
luti,
hora
do r
quas
Re
ACID
Se

ACIDUM NITROSO - OXIMURIATICUM. Aqua regia.

Para, addendo Acidi muriatici concentrati partibus duabus, vasi vitreo immissis, Acidi nitrici partem unam.

Sit viridescente-flavum; odoris Acidi oximuriatici; saporis caustici.

Servit Auro et Platinae solvendis.

ACIDUM OXALICUM.

R. Oxalatis Potassae aciduli partem unam. Ingere vasi vitreo, et solve in duodecim partibus Aquae destillatae fervidae. Sensim solutionem Subcarbonate Potassae liquido satura, et saturatae tamdiu Acetatem Plumbi depuratum liquidum instilla, quamdiu hic sedimentum album eliminat. Liquore decantato, praecipitatum iteratim Aqua destillata edulcora, et inter chartas emporeticas calore 30° usque 40° sicca. Addita, relate ad hunc pulverem, tertia parte Acidi sulphurici concentrati, prius decem partibus Aquae destillatae diluti, miscellam pari calore per viginti quatuor horas digere. Liquorem digestum decanta, filtrando residuum, ac evaporando in crystallos redige, quas inter chartas emporeticas sicca.

Referat rhombos regulares aut prismata tetragona acicularia. Sit hyalinum; splendoris glacialis; acidissimum, Aëris siccii influxu dehiscat, perdendo plus, quarta parte sui ponderis. Solvatur calore 14° in novem partibus Aquae et pondere suo aequali bullientis, atque crepitando in duabus partibus Alcoholis cum dimidia calore 14°.

Adhibetur ad parandum Oxalatem Ammoniae et ad Calcariam vel sales calcareos, soluta, detegenda. Pro tali scopo solve partem unam illius in novem partibus Aquae.

ACIDUM SULPHURICUM CONCENTRATUM RECTIFICATUM. p. 150.

Servit Acidis e salibus, quorum basi affinius est, se-

dua-
subtus
munis,
ionem,
uli vit-
ne us-
is coc-
uli ori-
cucur-
lutum,
dendo,
quem
Serra
lendis,
lo ob-
ti, in-
quan-
exstin-
Indi-
Co-
calibus
metalli-
modo
ntiaci,
Oxid-
luteo-
M. p.
invi-
prae-
aran-
alium
lagari

parandis, quae tum odore, sapore aut indole salinum, quae cum eo formari possunt, in specie indicat. Barytam et Plumbum, soluta, praecipitato albo pulverulento, in Acido nitrico non resolvendo, monstrat.

ACIDUM SULPHURICUM DILUTUM. p. 151.

Adhibe ad indaganda corpora, quae prius Acidum destrueret, aut et prioris loco.

ACIDUM TARTARICUM LIQUIDUM. p. 151.

Solve ex tempore partem unam Acidi tartarici in quatuor partibus Aquae destillatae.

Monstrat Potassam, per se aut in salinis liquidis solutam, modo hae solutiones sat concentratae sint, et hoc Acido supersaturentur.

AETHER SULPHURICUS. p. 156.

Potest adhiberi, solvendae Resinae, elasticae dictae, et Cholestrinae. Porro Alcholle facilius solvit Olea aetherea, Phosphorum et nonnullos Muriates, ut Oxidi Ferri, Oxidi Hydrargyri corrosivum ac eos Auri et Cupri.

ALCOHOL ABSOLUTUM.

℞ Alcoholis partes decem. Retortae vitreae infuso, adde Muriatis Calcariae, nuper fusi, pulverati et adhuc subcalidi, partem unam, ac destilla dimidium Alcoholis adhibiti.

Sit gravitatis specificae 0,820, ad plurimum 0,830, et ebulliat calore 64°.

Servit Alcalibus puris, Acidis plerisque et nonnullis salibus solvendis, et ab Acidis et Salibus, in illo insolubilibus, separandis; porro solutioni plurimum substantiarum vegetabilium et nonnullarum animalium, ac eliminandis pluribus substantiis, ab Aqua sola recipiendis.

ALCOHOL GALLARUM.

℞ Gallarum pulveratarum partem unam, digere calore 50° usque 40° in Alcoholis diluti par-

tibus octo per viginti quatuor horas, et residuum, exprimendo, filtra.

Sit clarum; flavo-brunnescens; odoris alcoholici; saporis paris et styptici.

Indicat gelatinam solutam praecipitato floccoso lucide griseo, quod expressum in massam coriaceam elasticam, in Aqua insolubilem, coit Amylum tostum, in Aqua frigida solutum, sedimento subgriseo spongioso, Substantias vegetabiles a calloideas, ut Cinchonium, Morphiium, Picrotoxinum, praecipitatis varii coloris, monstrat. Ferrum solutum, liquoribus primo nigrescentibus, tandem forma sedimenti caeruleo-nigri eliminat.

ALCOHOL JODII. Tinctura Jodii O.

Para, solvendo partem unam Jodii in nondecim partibus Alcoholis. Non nimis longo tempore, luci subtractum, servari potest.

Sit e rufo obscure brunneum; flave depingens; odore acerrimum; sapore pari Spongiam tostam aemulans. Ab Aqua flavescit, et turbatur, deponendo pulverem griseo-nigrum. Tandem, Alkohole decomposito, corrumpitur.

Indicat Amylum solutum colore cyaneo; ast solummodo, si hoc minori quantitate in solutione prostat.

ALCOHOL SAPONATUM. p. 164.

Ex omnibus salibus terreis et metallicis solutis bases eliminat. Aqua destillata ab illo non turbetur. Ad ditis Acidis lactescit, Oleo liquori innatante.

AMMONIA PURA LIQUIDA. p. 164.

Indigitat Cuprum solutum, sedimento viridescente, quod, liquore Ammonia supersaturato, qui inde caerulescit, resolvitur. Oxidulum Ferri solutum virente; Oxidum ejus vero solutum colore albo eliminat; ast solutioni, ad praedominium usque instillatum, rursus excipit, solutione hyalina Praecipitata salina, e salibus argenteis liquidis eliminata, pari ratione resolvit. Aluminam solutam integre in floccis albis, Magnesiam autem partim forma

pulveris albi praecipitat. Calcariam, Barytam et Strontianam solutas non expellit.

BARYTA PURA LIQUIDA. Aqua Barytae O.

ꝛ Nitratis Barytae, quantum placet. Crucibulo terreo, illo non ultra medietatem replendo ac obtegendo, immissum, funde igne, paullatim et caute augendo. Massam, uti siccescit, candelae, donec nil Oxigenii ultra edat. Residuum in mortario lapideo pulvera, ac vasi porcellaneo tegendo ingestum, solve coquendo in viginti quatuor partibus Aquae destillatae, ac solutionem filtra.

Sit hyalina, sapore alcalino caustica. Ex Aëre, mox Acido carbonico attracto, forma pulveris albi Subcarbonatam Barytae deponit.

Indicat Acidum carbonicum, Aqua solutum, si hoc Acidum calore ex hac eliminatur, et dein trans illam conducitur, sedimento memorato. Acidum sulphuricum et Sulphates praecipitato albo pulverulento, in Aqua et Acidis dilutis irresolubili, monstrat.

(Sub-) BORAS SODAE DEPURATUS. Borax depurata O. p. 18.

Servit O. idis et Salibus metallicis, aestu tubuli fer-ruminatorii super prunis in vitra fundendis et, dum talibus, colore ac reliqua indole inter se distinguendis.

BORUSSIAS POTASSAE ET OXIDULI FERRI LIQUIDUS.

Solve partem unam hujus salis (p. 4.) in novem partibus Aquae destillatae.

Esto hyalinus; coloris sulphurei; inodorus; etsi veneficus, tamen parum sapiens; neque Chartam Laccae Musci mutet.

Oxidum Ferri solutum, sedimento obscure caeruleo; Oxidum vero ejus tali, primum albescente, tum caerulescente, indicat. Cuprum solutum, praecipitato rubro-brunneo monstrat. Reliqua metalla soluta, sedimento albo; solum Cobaltum, Niccolum et Titanium caerulescente eliminat.

CALCARIA PURA LIQUIDA. Aqua Calcis O,
p. 172.

Acidum oxalicum et Oxalates, soluta, sedimento albo pulverulento in liquore, in quo, Acido hoc supersaturato, non amplius resolvi potest, prodit. Haec corpora tali modo ab Acido tartarico et Tartratibus solutis distinguuntur; quoniam Acidum tartaricum, ad praedominium usque additum, sedimenta horum resolvit. Acidum arsenicosum et arsenicicum modo memorato indicat. Oxidum Hydrargyri solutum, sedimento citrino vel ferrugineo et Oxidulum nigro monstrat.

(Sub-) CARBONAS POTASSAE PURUS.

Para rutila excandescencia in vase terreo aut porcellaneo e Carbonate Potassae puro.

(Sub-) CARBONAS POTASSAE PURUS LIQUIDUS.

Solve partem unam Subcarbonatis Potassae puri in quatuor partibus Aquae destillatae.

Sit hyalinus; saporis alcalini ingrati.

Servit Terris et Oxidis Metallorum e salibus solutis praecipitandis. Nonnullae harum basium tunc quidem, ope Acidi carbonici in liquore praedominantis, partim solutae manent, e coctis vero cadunt. Indicat indolem Acidorum, in solutionibus exuberantium, ratione salium, cum illis formatorum. Sales ammoniacales odore Ammoniae prodit.

(Sub-) CARBONAS SODAE.

Para rutila excandescencia in vase terreo aut porcellaneo e Carbonate Sodae.

Reagentibus tentatus, nullum vestigium Muriatum aut Sulphatum prodat.

Inservit reducendis Oxidis aut Salibus metallicis, praecipue Plumbi, Stanni et Cupri, si illi sub aestu tubuli ferruminatorii exponuntur.

(Sub-) CARBONAS SODAE LIQUIDUS.

Para ex una parte Subcarbonatis Sodae, et quatuor partibus Aquae destillatae.

Sit hyalinus; saporis mitioris, quam Subcarbonas Potassae liquidus.

Terras et Oxida Metallorum soluta ac Acida libera pari ratione, uti hic, indicat. Ultima melius hoc monstrat, formando cum illis Sales, facilius in crystallos redigendos.

CHARTA CURCUMAE SEU EXPLORATORIA FLAVA.

Digere radicis Curcumae pulveratae partem unam in Alcoholis diluti partibus sex calore 50° per duodecim horas. Alcohol calens filtra. Refrigerato ope penicilli obduc chartas albas, donec sat tinctae sint, quas, loco umbroso calido suspensas, sicca.

Ab Alcalibus et salibus alcalinis colore rubro-brunneo ac pari, etsi debiliori, ab Subacetate Plumbi soluto imbuitur.

CHARTA LACCAE SEU LACCAE MUSCI vel exploratoria coerulea.

Coque Laccae Musci, pulveratae et vasi terreo vitreato ingestae, partem unam in sex partibus Aquae destillatae per horae quadrantem. Decocto, quod adhuc fervens, filtra, obduc chartas albas modo dicto. Siccatas serva in vitris, bene clausis.

Ab Acidis et Salibus acidis rubro colore tingatur.

FERRUM PURUM POLITUM.

Indigitat Cuprum, solutum, a quo, praecipitato, colore et splendore suo superficiatenus imbuitur, et quidem luculentius, si Acidum quidquam in solutione exuberat.

HYDROSULPHURETUM AMMONIAE LIQUIDUM.

Conduc Acidum hydrothionicum gasiforme (p. 278.) per Ammoniam puram liquidam, donec haec nil amplius illius absorbeat.

Sit recens hyalinum; aëri expositum flavescens; odoris, hepatici vocati, intensi; saporis similis et alcalino-caustici.

Omnia Metalla e solutionibus praecipitat, et quidem pleraque nigro colore; Zincum vero albo, Stibium aurantiaco, et Acidum arseniosum atque arsenicum citrino indicans. Ad eliminanda corpora, quae Ammonia in solutionibus, utpote semper quidquam exuberans, suspensa teneret, haec prius Acido muriatico vel acetico saturanda est.

JODIUM.

E variis speciebus Fucorum et Ulvarum, combustis ac clixatis, post separationem salium, in crystallos redigendorum, e lixivio, ope Oxidi Manganis et Acidi sulphurici, sublimatione paratum.

Referat squamulas caeruleo-nigras, metallice splendidas; Graphiti similes; gravitatis specificae 4,948; odoris ingrati, Chlorinum aemulantis; saporis calidi acris, longe persistentis; calore 40° in vaporem violaceum abeuntes; substantias animales et vegetabiles colore flavo aut rubello-brunneo imbuentes; calore 14° vix in septingentis partibus Aquae; sed in viginti partibus Alcoholis; ast hoc partim decomposito, eodem calore solubiles.

Servit Alcoholi Jodii parando.

MURIAS AURI LIQUIDUS.

℞ Auri puri, v. g. foliati, comminuti, partem unam. Phiolae ingestum, solve in Acidi nitroso-oximuriatici partibus tribus calore 30° usque 40°, et exsicca solutionem calore, 80° non superante. Solve hujus Muriatis siccati partem unam in nondecim partibus Aquae destillatae, et serva solutionem decantatam, contra lucem munitam.

Sit fulvus; saporis caustici. Substantias organicas plurimas purpureo colore tingit.

Oxidulum Stanni forma floccorum levissimorum purpureorum e solutionibus praecipitat.

MURIAS BARYTAE LIQUIDUS.

Para, solvendo partem unam Muriatis Barytae (p. 211.) in novem partibus Aquae destillatae.

Esto limpidus, incolor et saporis acris.

Omnes Sulphates solutos decomponit, et inde sedimentum album pulverulentum, in aliis Acidis irresolubile, praecipitat. Acidum sulphuricum pari modo indicat.

MURIAS OXIDI FERRI LIQUIDUS.

¶ Ferri puri comminuti partem unam. Ingero vasi vitreo amplo, calidae arenae imposito, et affunde pededentim miscellam, e partibus octo Acidi muriatici et quatuor Acidi nitrici paratam. Solutionem claram decanta, et calore, 80° non superante, evapora ad siccitatem. Grumos residuos in partibus novem Aquae solve, et solutionem serva, prae lucis inilluxu munitam.

Sit limpidus; rubro-brunneus; saporis styptici. Ex Auri solutionibus nil praecipitet.

Principium tannicum et Acidum Gallarum, primum colore nigro, ac demum pari sedimento; Acidum cinchonicum et quae huic similia sunt, colore atque postea praecipitato viridi indicat. Acidum succinicum, praecipue, si prius saturatur, et Succinates solutos praecipitato rutilo-brunneo monstrat.

MURIAS OXIDI HYDRARGYRI CORROSIVUS LIQUIDUS.

Para, solvendo partem unam Muriatis Oxidi Hydrargyri corrosivi (p. 213.) in viginti quatuor partibus Aquae destillatae. Serva, contra lucem munitum.

Sit hyalinus; saporis caustici, ceterum huic Muriati proprii. A solutionibus, Acidum arseniosum vel arsenicicum tenentibus, discrepat, demittendo, instillato Acido hydrothionico liquido, sedimentum nigrum. Hoc sedimentum attamen solum oritur, addita ab initio minori quantitate Acidi hydrothio-

nici, et idem, affuso Muriate Oxidi Hydrargyri corrosivo liquido, albescit, conversum in Muria-tem Oxiduli Hydragyri mitem.

Prodit Alcalia et Terras alcalinas, soluta, praecipitato flavo-rubente, Ammonia excepta, quam forma albi eliminat.

MURIAS OXIDULI STANNI LIQUIDUS.

℞ Stanni puri raspati partem unam. Vitro ingesto, affunde Acidi muriatici concentrati partes tres, in quo, vase tecto, calore 30° usque 40° solvatur. Solutionem dilue novem partibus Aquae destillatae.

Sit hyalinus; saporis acidi austeri.

Indicat Aurum solutum, valde dilutum, primum colore purpureo, dein sedimento pari.

MURIAS SODAE PURUS.

Solve partem unam Muriatis Sodae venalis in tribus partibus Aquae destillatae, et evapora solutionem, quamdiu crystallos puras (p. 25.) largitur.

MURIAS SODAE PURUS LIQUIDUS.

Solve partem unam prioris in quatuor partibus Aquae destillatae.

Sit clarus.

Indicat Argentum, solutum, praecipitato floccoso albo, lucis influxu nigrescente. Ex omnibus solutionibus, Oxidulum Hydrargyri tenentibus, hoc forma pulveris albi, qui, addita Ammonia pura liquida, nigrescit, praecipitat. Discernitur hic pulvis a Muriate Argenti eo, quod hic ab Ammonia modo memorato resolvatur.

NITRAS ARGENTI LIQUIDUS.

Solve partem unam Nitratiss Argenti crystallini (p. 216.) in nondecim partibus Aquae destillatae. Serva, contra lucem munitum.

Sit hyalinus; saporis nauseosi metallici austeri caustici.

Acidum muriaticum et Muriates solutos praecipitato albo floccoso, lucis actione mox nigrescente, et omnes Phosphates liquidos sedimento citrino monstrat.

NITRAS BARYTAE.

℞ Carbonis vegetabilis præparati partem unam et Sulphatis Barytae partes septem. Subtiliter pulverata, redige, addito Oleo Lini, in pastam, quae in crucibulo terreo per bihorium rutilè excandescat. Solve Sulphuretum Barytae, vasi porcellaneo ingestum, in octuplo pondere Aquae bullientis. Tum solutioni sub dio affunde Acidum nitricum, prius cum partibus quatuor Aquae communis dilutum, donec nullum amplius Acidum hydrothionicum evolvatur, et nitricum quidquam exuberet. Solutionem, adhuc fervidam, filtrando infunde vasi porcellaneo, in quo illam, loco frigido repositam, per viginti quatuor horas crystallisationi committe. Lixivium residuum, iterata evaporatione et alternatim refrigerando, in crystallos redige, quamdiu puras demittit, quas sicca.

Forment octaedra, saepius stellaria, aut lamellulas splendidas, hyalinas; ad aërem constantes; calore 14° in duodecim partibus Aquae et quatuor bullientis solubiles, quae, rutilè excandefactae, Barytam puram relinquunt.

NITRAS BARYTAE LIQUIDUS.

Solve partem unam crystallorum in nondecim partibus Aquae destillatae.

Sit limpidus, saporis acris austeri.

Indicat Acidum sulphuricum et omnes Sulphates praecipitato albo pulverulento, in Acido nitrico irresolubili.

NITRAS OXIDULI HYDRARGYRI LIQUIDUS.

Solve partem unam hujus Nitratiss crystallisati, uti, parando Oxidulum Hydrargyri salinum, (p. 228.) obtinetur, in nondecim partibus Aquae destillatae. Serva luci subtractum.

Sit limpidus; saporis caustici metallici nauseosi. Ab omnibus Alcalibus et Terris alcalinis additis praecipitatum nigrum; adjectis vero Subcarbonatibus griseum deponit.

Indigitat Acidum sulphuricum et Sulphates solutos
praecipitato niveo granuloso, ac Acidum muriaticum
et Muriates albo pulverulento.

OXALAS AMMONIAE.

R. Acidi oxalici partem unam. Vasi vitreo ingestum, solve in Aquae destillatae bullientis partibus quatuor. Instilla solutioni Ammoniam puram liquidam, donec nullum amplius vestigium Acidi monstret. Tum iteratim calore 30° usque 40° ad punctum crystallisationis evapora, et alternatim refrigera, quamdiu crystallos largitur, quas inter chartas emporeticas sicca.

Referat prismata tetragona, duobus planis, utrinque oblique truncata; aëris contactu fatiscunt. Solvantur in partibus viginti Aquae calore 14°, ac tribus bullientis.

OXALAS AMMONIAE LIQUIDUS.

Para ex tempore; quoniam alcalescendo mox corrumpitur, solvendo partem unam Oxalatis Ammoniae in novem partibus Aquae destillatae.

Sit hyalinus; saporis salsi acris.

Inservit detegendae Calcariae solutae praecipitato albo, in Aqua irresolubili.

PHOSPHAS SODAE ET AMMONIAE.

R. Subphospatis Sodae (p. 234.) partes sex. Vasi porcellaneo ingestas, liqua leni igne, additis duabus partibus Aquae destillatae, in qua calente partem unam Muriatis Ammoniae pulverati solve. Solutio stet loco frigido per viginti quatuor horas, et, rejecto lixivio, non ulterius adhibendo, crystallos inter chartas emporeticas sicca, ac statim vitro include.

Referat partim tabulas, partim prismata tetragona, quae aëris contactu fatiscunt, perdendo partem Ammoniae. Prunis immisus, aestu tubuli ferrumitorii liquatur, effervescens et, Ammoniam eructans, relinquit perlam, quae etiam refrigerata hyalina manet.

nam
liter
tam,
ex-
por-
bul-
dum
om-
dum
uam
ndo
fri-
cry-
era-
cry-
cca.
ulas
lore
bul-
ary-
nde-
ates
o ir-
US.
stal-
sali-
ibus
Ab
rae-
ibus

Inservit, uti Subboras Sodae, fundendis Metal-
lis oxidatis in perlas, secundam quarum colorem
et ultiores qualitates, dein illa distinguere licet.

POTASSA PURA LIQUIDA. (p. 236.)

Servit Terrae siliceae et Aluminae, coctione solven-
dis. Aluminam solutam primum praecipitat; sed,
solutioni ad praedominum usque addita, denuo
solvit. Magnesium et Calcariam sub forma sedi-
menti albi pulverulenti eliminat, nec exuberans
rursus suscipit. Sales ammoniacales odore Ammoniae
prodit. Adhibetur ad solvendum Sulphur et Hydro-
sulphuretum Oxiduli Stibii sulphuratum.

SUCCINAS AMMONIAE. (p. 247.)

SUCCINAS AMMONIAE LIQUIDUS.

Para ex tempore solvendo partem unam Suc-
cinatis Ammoniae in quatuor partibus Aquae de-
stillatae.

Vix flavescat, saporis sit salino-amariuscule debilis.

Indicat Oxidum Ferri solutum sedimento floccose
rubigineo-brunneo, saltem, si Acidum, quod Oxi-
dum solutum tenet, prius penitus saturatur.

SULPHAS ARGENTI.

℞ Nitratis Argenti crystallini partem unam.
Solve, vasi vitreo ingestum, in quatuor partibus
Aquae destillatae. Solutum tamdiu instilla solutionem,
ex parte una Sulphatis Sodae et tribus partibus
Aquae destillatae paratam, quamdiu ultima pul-
verem album crystallinum e priori praecipitat.
Hunc, lixivio decantato, bis quatuor partibus
Aquae destillatae frigidae edulcora, inter chartas
emporeticas exprime, et tales inter sicca. Serva
contra lucem munitum.

Referat crystallos aciniformes, quas inter prismata
tetragona; incoloratas; lucis influxu nigrescentes;
saporis valde acris styptico-metallici; vix non cen-
tum partibus Aquae calore 14° pro solutione indi-
gentes, et in octoaginta octo bullientis solubiles;
leni igne fusiles ac tali non decomponendas.

SULPHAS ARGENTI LIQUIDUS.

Solve partem unam Sulphatis prioris in centum partibus Aquae destillatae.

Sit hyalinus.

Indicat Acidum muriaticum, Muriales et Plumbum solutum sedimento albo, ac quidem priora floccoso, ultimum pulverulento; omnibus in Acido nitrico irresolubilibus.

SULPHAS CUPRI ET AMMONIAE LIQUIDUS.

Solve partem unam Sulphatis Cupri et Ammoniae (p. 251.) in novem partibus Aquae destillatae.

Sit limpidus; saturate cyaneus, quidquam violascens; odoris ammoniacalis debilioris; saporis styptici nauseose metallici.

Arsenicum, quocunque gradu oxidatum, e solutionibus forma sedimenti luteo-viridis, acanthini vocati; siccati et prunis injecti, Allium redolentis, monstrat.

SULPHAS CUPRI LIQUIDUS.

Solve partem unam Sulphatis Cupri (p. 250.) in novem partibus Aquae destillatae.

Sit clarus, e viridi cyaneus.

Indicat Potassam, Sodam, et Calcariam puram sedimento pure caeruleo (Hydrate Cupri). Ammoniae purae mixtum, primo sedimentum viridescens demittit, quod, Ammonia exuberante, denuo resolvitur, sistendo solutionem saturate cyaneam. Subcarbonatam Potassae et Sodae praecipitato virente-caeruleo (Hydrate Subcarbonatis Cupri), Borussiatem Potassae et Oxiduli Ferri floccis e rubro brunnescentibus indigitat.

SULPHAS OXIDI FERRI LIQUIDUS.

Exaestua copiam libitam Sulphatis Oxiduli Ferri in crucibulo, donec rubellus deveniat. In pulverem tritum, solve in viginti partibus Aquae destillatae et filtra.

Sit rubello-brunneus, saporis acido-austeri.

Inservit inprimis Mucilagini Gummi arabici, quacum gelatinam spissam brunneam sistit, a reliquis mucilaginis discernendae.

SULPHAS OXIDULI FERRI LIQUIDUS.

Para ex tempore, solvendo partem unam Sulphatis Oxiduli Ferri in novem partibus Aquae destillatae.

Sit limpidus, subviridis; saporis metallico-stypticij.

Indicat principium tannicum et Acidum Gallarum, soluta, colore caeruleo-nigro, et tandem simili praecipitato. Aurum solutum colore solutionis e luteo-caerulescente, subsequente praecipitato metallico; Argentum vero colore, prius cinerascete, dein sedimento metallico monstrat.

SULPHAS POTASSAE PURUS LIQUIDUS.

Solve partem unam Sulphatis Potassae depurati (p. 252.) in nondecim partibus Aquae destillatae.

Sit hyalinus, saporis salso-amari nauseosi.

Plumbum solutum forma pulveris albi, in Acido nitrico non resolvendi, et Barytam pari sedimento indicat. Sales, Oxidum Hydrargyri tenentes, praecipitato albo pulverulento, quoad Aqua fervida edulcoratum flavescit, prodit.

TARTRAS OXIDULI STIBII ET POTASSAE LIQUIDUS.

Solve partem unam hujus Tartratis (p. 262.) in nondecim partibus Aquae destillatae.

Sit hyalinus.

Indicat Acidum hydrothionicum et Hydrosulphureta, soluta, praecipitato aurantiaco, et Principium tannicum ac nonnulla extractiva amara, huic affinia, sedimento luteo-floccoso copioso.

ZINCUM PURUM.

Liqua Zinci puri (p. 30.), quantum vis, et infunde cannulis, vel calefactum cylindro submissum, et, in lamellas diductum, in strias tenues discinde, aut ultimum venale, si purum est, adhibe.

Fere omnia Metalla, Acidis nupta et soluta, metallica praecipitat.

NB. Omnia Reagentia serva in vitris, epistomiis vitreis adamussim clausis.

TABULA I.

Designatio partium Ponderis pharmaceutici
a Grano ad Libram usque.

	Libra.	Libra dimidia.	Uncia.	Uncia dimidia.	Drachma.	Drachma dimidia.	Scrupulus.	Scrupulus dimidius.	Grana.
Granum:	—	—	—	—	—	—	—	—	1
Scrupulus dimidius:	—	—	—	—	—	—	—	1	10
Scrupulus:	—	—	—	—	—	—	1	2	20
Drachma dimidia:	—	—	—	—	—	1	1½	3	30
Drachma:	—	—	—	—	1	2	3	6	60
Uncia dimidia:	—	—	—	1	4	8	12	24	240
Uncia:	—	—	1	2	8	16	24	48	480
Libra dimidia:	—	1	6	12	48	96	144	288	1880
Libra:	1	2	12	24	96	192	288	576	5760

unam
Aquae
typici.
llarum,
li prae-
e luteo-
tallico;
lein se-
S.
depu-
llatae.
do nit-
nto in-
prae-
ervida
SSAE
262.)
lphu-
ipium
ic af-
, et
omis-
enes
hibe.
luta,
s vit-

TABULA I

Plantarum quibus forchensis pharmaceuticae

classis in Genera ad Libram usque

Genus	Species	Partes	Quantitas	Preparatio	Usum
Alumina	Alumina	1	1		
Antimonium	Antimonium	1	1		
Argentum	Argentum	1	1		
Aurum	Aurum	1	1		
Bismuthum	Bismuthum	1	1		
Calcium	Calcium	1	1		
Chalcum	Chalcum	1	1		
Mercurium	Mercurium	1	1		
Plumbum	Plumbum	1	1		
Stannum	Stannum	1	1		
Strontium	Strontium	1	1		
Tellurium	Tellurium	1	1		
Vanadium	Vanadium	1	1		
Zincum	Zincum	1	1		

TABULA METRÆ

Gallicum

Pondus Neogalli- cum:
quoad Grammata
2.187
4.375
8.750
17.500
35.000
52.500
70.000
87.500
105.000
122.500
140.000
157.500
175.000
192.500
210.000
280.000
420.000
500.000

Ratio Ponderis Bavarici civilis ad idem pharmaceuticum et ad Neogallicum
a Drachma ad Libram usque.

Pondus Bavaricum civile.	Pondus Bavaricum pharmaceuticum:		Pondus Neogallicum:
	quoad majores Libras partes.	quoad Grana.	quoad Grammata
Drachma dimidia	Drachma dimidia et Grana quinque . .	35	2.187
Drachma	Scrupuli tres cum dimidia	70	4.375
Drachmae duae (Didrachmus, Siclus) . .	Scrupuli septem	140	8.750
Uncia dimidia, Semuncia	Uncia dimidia et Scrupuli duo . . .	280	17.500
Uncia	Uncia et Scrupuli quatuor	560	35.000
Uncia cum dimidia	Uncia cum dimidia et Scrupuli sex . .	840	52.500
Unciae duae	Unciae duae et Scrupuli octo	1120	70.000
Unciae duae cum dimidia	Unciae duae cum dimidia et Scrup. decem	1400	87.500
Unciae tres	Unciae tres cum dimidia	1680	105.000
Unciae tres cum dimidia	Unciae quatuor et Scrupuli duo . . .	1960	122.500
Unciae quatuor	Unciae quatuor c. dimid. et Scrup. quatuor	2240	140.000
Unciae quatuor cum dimidia	Unciae quinque et Drachmae duae . .	2520	157.500
Unciae quinque	Unciae quinque cum dimid. et Scrup. octo	2800	175.000
Unciae quinque cum dimidia	Unciae sex et Scrupuli decem	3080	192.500
Unciae sex	Unciae septem	3360	210.000
Unciae octo	Unciae novem et Scrupuli octo	4480	280.000
Unciae duodecim	Unciae quatuordecim	6720	420.000
Unciae sedecim	Unciae octodecim et Scrupuli sedecim .	8000	500.000

TABULA III.

Ratio Ponderis Neogallici ad pharmaceuticum Bavaricum et aliqua pharmaceutica extranea
a Myriagrammate ad Milligramma et a Libra ad Granum usque.

Nomina Ponderum.	Partes Ponderum.	Valent:					
		Milligram- matp.	Grana Ponderis Ba- varici phar- maceutici.	Grana Ponderis Ger- manici phar- maceutici, in- de et Bavarici veteris.	Grana Ponderis Pa- risini phar- maceutici veteris.	Grana Ponderis Au- striaci phar- maceutici.	Grana Ponderis Ba- tavi phar- maceutici.
Neogallicum.	1 Myriagramma	1000000	100000	101045,40	188271,50	137140,00	150000,20
	1 Kilogramma	1000000	10000	10104,54	18827,15	13714,00	15000,02
	1 Hectogramma	100000	1000	1010,45	1882,715	1371,40	1500,06
	1 Decagramma	10000	100	101,04	188,271	137,14	150,10
	1 Gramma	1000	10	10,10	18,827	13,71	15,61
	1 Decigramma	100	1,6	1,01	1,883	1,37	1,56
	1 Centigramma	10	0,16	0,10	0,188	0,137	0,16
1 Milligramma	1	0,016	0,010	0,010	0,014	0,016	
Bavaricum.	1 Libra	360000,00	5760	5797,63	6777,77	4937,00	5610,46
	1 Uncia	30000,00	480	483,14	564,81	411,42	468,29
